UNIVERSITY LIBRARY CAMBRIDGE

LOIOLA

Y. 6. 41

Scena eſt Amſterodami:

à veſperâ ad veſperam peraguntur omnia.

LONDINI,
Typis *R. C.* ſumptibus *Andr. Crooke*,
& vœneunt ſub Inſigni *viridis Draconis*
in Cœmeterio Paulino, 1648.

K 7



205 · 63

Dramatis Perſonæ.

Gaudentius.	*Senex, pater Philandri.*
Philander.	*Adoleſcens.*
Dromo.	*Servus Gaudentii.*
Martinus.	*Senex, pater Muſonii.*
Muſonius.	*Adoleſcens, amator Cæliæ.*
Nebbia.	*Puer.*
Mutus, *ſeu* Fauſtina, *ſeu* Lydia.	*Servus Muſonii, filia Gaudentii.*
Acheron.	*Leno.*
Laverna.	*Lena.*
Scarabæus.	*Lenonis ſervus.*
Cælia.	*Filia Martini, ancilla Lavernæ.*
Loiola.	*Jeſuita.*
Iodocus.	*Frater Franciſcanus.*
Mounſier Michael.	*Mercator Gallicus.*
Capitano Vander Pons.	*Tribunus Militum.*

Κωφὰ πρόσωπα.

Nicholaus Matchiavellus.

Æthiops.

Tres baiuli.

Chorus Jesuitarum.

- Loiola.
- Xaverius.
- Mariana.
- Aquaviva.
- Personius.
- Campianus.

Chorus virtutum Jesuiticarum.

- Cæca obedientia.
- Pseudo-miraculum.
- Regicidium.
- Index expurgatorius.
- Æquivocatio.
- Arrogantia.

Chorus Manachorum.

Quorum fuit mentio.
Baucia vidua, & cauponatrix.
Rogerus, Diaconus, & Coriarius.

Prolo-

Prologus coram Academicis, cum primò ageretur hæc comœdia, Feb. 28. 1622.

COmœdiam quisquis speculum vitæ dixerat,
Vitream fortunam subinnuebat, & fragilem
Cum splendet, & ornatur sumptibus, & studiis
fabula,
Severiori facile censura frangitur, aut
Quamvis undequaque illustris sit, & pellucida,
Obscura redditur auditorum inadvertentiâ.
Viri celeberrimi, florentes Academici,
Spectatorem cupimus cordatum, & benevolum;
Aliud agentes nolumus, amolimur invidos.
Illum amplectamur lepidum, quisquis domi
Ridere multum cupit, & foras sapere.

Prologus & præludium coram Sereniſſimo Augſtmo Rege JACOBO, *Martii* 12. *Anno Dom.* 1622.

MARTINVS, 2 LICTORES, PROLOGVS.

Mar. LIctores præcedite, imo potius ſequimini me,
Hoc enim præcedere ponit ordinem, quem ſuſque deque habet
Amſterodamum. O civitas optime incompoſita, quæ
Nunquam teipſam paſſa es theatrum fieri hiſtrionibus.
Lic. Quid autem pepulit hoſce ludiones, nequam homines,
Ut in hac civitate promulgarent fabulam?
Mar. At ego apparatum ſcenicum, & hæc omnia conculcari jubeo.
Surgite vos omnes, qui conveniſtis, & abite ocyſſimè.

Lacerato

Lacerato aliquis ſcedulam, quæ literis majuſculis pingitur.
Cui ego dico, quod non ſtatim hæc exequiminí?
Extinguite lucernas,& faces;audite me populares,
Annon præſtat fœminarum florem,& Virgines
In tenebris oſculari, quam in luce ſpectare comœdiam?
Lict. Eheu, nunc animis opus eſt Martine, nunc tuo imperio,
Exiit nequam homo, qui à profanis vocatur Prologus.
Mar. Prologus? quid hoc ſignificat, theatri, opinor, anteambulo.
Redi, redi ſtolide, cum facundiâ tuâ, noli apud
Nos captare benevolentiam, qui odimus hiſtoriam.
Pro. Parce maledictis,retrice nugarum cenſor:
Hominem è mundo tollit, qui riſum tollit & facetias.
Mar. Etiam philoſopharis impudens? philoſophia lamia eſt
Et hiſtrionia meretrix, in qua civitate tandem vos eſſe cogitas?
Pro. *Amſterodami* hac nocte, cras Academiam incolimus.
Mar. Meminiſtin' autem, quis te alloquitur?
Pro. *Martinus* ſcilicet
Amſterodamenſis Decurio. *Mar.* Quid igitur, cum me noras, & hanc urbem
Ejuſque ſynceritatem, & anticomicum ſupercilium,

Instituistis cum odio nostro hanc evomere fabulam?

Pro. Nam ubi potius terrarum varia personarum colluvies

Quàm in hac farragine multarum gentium se ostentare potuit?

Verùm obsecro te, ut ne sis in gregem nostrum intemperantior,

Vide quem affiximus titulum, fortasse tu ipse risu indulgebis tibi

Quando Jesuita pungitur leporibus ingenii.

Mar. Histrio, jubeo, ut ne nescias posthac mores meos.

Nunquam edoctus fui legendi, aut scribendi disciplinam ethnicam.

Pro. At doce me, quid à vobis meruit *Loiola*, quod non illum vapulare finitis?

Lic. Jesuitis non licet pedem intra hanc urbem ponere.

Pro. Nos illa repræsentamus tempora, quando olim licuit.

Mar. Bone vir, alium me remittis, quàm acceſseram.

Pande mihi Jesuitum nudum, & exutum astutiis,

Et prosequetur vos *Amsterodamum* favore, & studiis spondeo.

Lic. Phy, phy, cui credas jam? aut ubi te ab inquinamento

Segreges? Ego & familia mea commigrabimus *Americam.*

Prol. Valete fœliciter. *Mar.* Vah, Lictor, tu tam es indocilis.

Pro.

Pro. Circumſpice *Martine*; viden' hoc ſacrum, & venerandum caput?
Ecquis tam barbarus eſt, ut non quidvis ſuſtineret pati,
Ne quicquam advorſum fieret tam clementi Principi?
Mar. Oh in illius gratiam nos multa facimus ſimulato ſæpius.
Atque aſſentabimur in zeli publici commodum.
Hiſtrio fœliciter incipe. Signum ipſe dedero,
Quam gnaviter huicſcinori faveo,
Martinus veſtri Dramatis pars, & particeps fuerit.
Pro. Agedum
Advorſa ſimul poſita ferocius pugnant, ſed lucent clarius.

Prologus.

Exultant Muſæ plurimùm & tripudiant literæ,
Omnis eruditio geſtit ſe verti hodie in Comœdiam,
Ut blandis compellaret, & lepidiſſimis alloquiis
Olivæ, & Minervæ pariter fautorem maximum.
Emerge fabula, inops quæ fuiſti prius;
Jam te ſpectator nobilem, & cultam faciet.
Coram tam ſagaci, & literato Principe
Non audet diſputare, ſed ridebit *Loiola*.

Actus Primus: Scena Prima.

Gaudentius, Philander, Dromo.

Gau. HIlaritati imprimis ſacrificium feci, ac valetudini meæ.
Vini Gallici, & Rhenani duo magna coemi dolia.
Dromo, cura reponantur ſtatim in cella vinariâ.
Ibi ſunt minæ quindecim. piſh! abeunto, ſic oportuit.
Senectus eſt ſecunda infantia, & vinum eſt lac ſenis.
Ago tibi gratias *Gaudenti* quod *Gaudentio* proſpicis.
Phil. Rediit pater, advorſum ibo ut reſciſcam, quid lepidus ſenex
Novi ſecum apporter domum. Salve mi pater.
Gau. Philander, deliciæ meæ, ubi tu à meridie egiſti obſecro?
Ecquid ſobrie apud nos; quod cupio maximè?
Vel aliovorſum in urbe uſpiam? *Phil.* Ego extra limen hoc,
Niſi modò, non promovebam pedem. *Gau.* Facis quod te decet.
Perge ætatem meam ut obleſtet tua virilis modeſtia.

Tu

Tu enim tantillus tonsis fratribus, & austeris clericis
Assuescis indies. *Ph.* Ah vulpes, lambit ubi lædit pessimè.
Gau. Ego, *Philander*, Comitiis hodie hujus urbis consiliis interfui:
Nescio an arriserit tibi, quod optimates sanciunt.
Phil. Ausculto, ut rem gestam narres pater.
Gau. Sentinam exhausimus,
Jesuitarum ordini hanc urbem interdiximus.
Phil. In perpetuum, si placet? *Gau.* In perpetuum, quod magis perplacet.
Phil. Insulsus ille Asinus *Martinus* hujus rei author, & caput est,
Aut ego moriar. *Gau.* Quid tuâ refert, quis caput, aut inceptor siet?
Ah *Philander* teneo te, detexi pectoris tui penetralia.
Ego hæc fingebam tentandi gratiâ.
Tu quam primum recensita sunt, cõmotus es illico.
Phil. Veterator quò tendit? *Gau.* Ut quid sit res clarè eloquar.
Heri, nudiustertius, nullo intermisso die, ne nocte etiam,
Apud *Loiolam* fuisti Jesuitam, & fratrem *Iodocum*.
Irretitum te plane sentio horum tendiculis, atque illum expecto diem
Quando relicto patre, pallio te adornes Jesuitico:
Pish! fruere tuâ insaniâ, ego adoptabo barbiton
Aut citharam in hæredem mihi, potius quam orbus fiem.

Alpha

Alpha rogatorum, reverentia vestra nunquam excutiet

Mihi lachrymam. *Ph.* Dic sodes pater, ira me desipuisse animi

Seriò impingis mihi? *Gau.* Fateris insipientiam?

Nam quot, & quanta te inidoneum reddunt huic ordini

In: ommoda; opulentia patria, in qua laurus vivis;

Bonarum literarum nemo minus conscius est, Deo gratias;

Et hercle dulcem conjugem ejurare non potes, si te genuit *Gaudentius*.

Huc recurres scio: Generalis vester in fulgebit tibi Monacham.

Quin mi Prælate, immerge te *Ignatii* Barathro,

Valere est vivere, non est Dæmon nisi tristitia.

Phil. Hanc ego si committerem stultitiam, quicquid in stipitem

Aut in fungum dici poterit, mihi cõpeteret fateor.

Gau. Purga te misestive carnifex, purga has suspiciones,

Et egomet obsannabo sapientiam meam.

Phil. Erectus sum in spem favoris tui; auscultes igitur.

Sodalitatem *Loiolæ*, *Jodoci*que semper palam habui:

Opimitates me allexerunt primulum, quas in ædibus

Baucidæ cujusdam viduæ epulones isti instruxerunt mihi.

Gau. Hà, hæc non sunt crimina, opimitates, & vidua

vidua *Baucia*,
Humana sunt, *Ph.* Rectè pater, tum cepit ad oriri *Loiola*
Blanditiis & indole, ut Jesuitarum ordinem
Mihi charum faceret. *Gau.* Nonne prædixit? isurci-fer abstinere
Non potuit milvinos ungues ab hac præda divite.
Tuas age nunc partes, quibus verbis repulisti hominem.
Phil Mecum ego serió statuo. citius *Galilæus* in Papatum orbis
Lunarici cum transferet, quàm me novitium in illo grege
Quisquam viderit. Scurræ, regicidæ, barbari.
Sed simulo me esse dubium animi, atque hærere in bivio.
Inepta fortasse ratio est, sed tu si placet uno verbo corriges.
Gau. Tune *Loiolam* simulando circumducere, Jesuitam Tyrunculus?
Jocularium sacinus. expedi rationes tuas. *Phi.* Pudet, pater.
Gau. Immodeste hæsitas, quin audacter impero.
Phil. Prout incaluerit ætas nostra, virgini adjeci animum.
Gau. Nomen obsecro. *Ph.* vah, non perinde unam expeto, quam amicam quamlibet,
Pænè dixissem Cæliam, ego imperitus eram conciliandæ pellicis,
Quid socii narrarent? *Loiola* cum fratre *Jodoco*
Nemo celerius Veneri sternit viam,

Utpo-

Utpote confessores ambo sunt, ut vappæ nequissimi,
Nec tam expiscantur, quàm instillant mulierculis libidinem.
Quid plura? sine disceptandi scrupulo horum scelere
Et vafritie utor commodissime. Amare dulce est,
Sed dulcius potirier. *Gau.* Wha hi, gloriaris *Philander* quasi
Hæc essent ludicra? quis reprimat se, quin baculo
Percusserit pavimentum? *Ph.* Ego nihil flagitii video.
Dulcis pater mi, tuum modo hoc erat oraculum,
Pulchram ejurare conjugem non potest, quem genuit *Gaudentius*.
Gau. Ain' vero? adesdum ocelle mi, amo te *Philander*, fruere
Paulisper nequitiis levioribus, sed cautè, cautè, mi carnifex,
Et ad bonam frugem redi cum primâ Quadragesimâ.
Phil. Dispeream hercle, si non tibi pater obsequi prius habeo
Quàm reginâ frui, aut universo puellarum genere.
Gau. Benignè, si fabricabis mihi hunc *Loiolam* doctis dolis,
Neque histrio, neque cantilena grandiorem risum concitabit mihi.
Ha, ha, ô lumbi mei & latera! non est Dæmon nisi Tristitia.

Actus

Actvs I. Scena II.

Philander, Loiola, Jodoco.

Phil. VAle mi festive gracule, nunquam hæres procuraverit
Funus tibi, cui tam familiaris est lætitia.
Sed quos video? *Loi.* Ego sum tuus sospitalis *Jupiter.*
Jod. Et ego ex omnibus animantibus sum tuus *Iodocus.*
Phil. Salvete jucundissimi, at *Cælia* quid agit mea?
Diruite ædes, *Loiola*, provolvite lenonem luto,
Liberemus tenellam *Cæliam* ex hac inhonesta domo.
Loi. Hæc oporret fieri non entitativè perfringendo fores,
Sed surripiendo virginem modaliter, ut loquuntur Scholastici.
Pax igitur: indicasti mihi non ita nuper amare te
Hujus *Acherontis Cæliam*. *Phi.* Amare? *Loi.* Quin ejus pulchritudine
Incalescere, at non se eundum literam, sed Allegoricè.
Iod. Quæso *Loiola*, quid significat Allegoricè? *Loi.* Abi
Illiteratum pecus, hæc neque dilexerit te, neque si diligeret

Frui

Frui liceret per *Gaudentium* patrem, ancilla
Neglecta serva, Acherontis lupanari enutrita.
Sexcenta sunt, quæ impediunt. *Phi.* Noli inclementer loqui.
Formosa est, casta, mitissima, ter sexcenta sunt,
Quæ infigunt, totam pharetram Cupidinis in hoc pectusculo.
Loi. Quisquis igitur obtinebit tibi hanc amasiam,
Quod præmium auferet? *Phil.* Meritò te amo *Loiola.*
Nihil recuso præmii, ita me juvet cœlitum pater,
Modo effectum dederis. *Loi.* Ego teipsum in mercedem postulo.
Nisi juraveris prius Iesuitam te futurum, si hanc adeptus
Sis meâ operâ. *Io.* Imo nisi juraveris futurum te Monachum
Franciscanum, lenam conjurationis vestræ participem faciam.
Phil. Diffindor inter vestra studia, dividite
Philandrum amici, utinam diffectus sim in vestram gratiam.
Loi. Apage verò, Franciscanus, & fatuus sunt termini
Convertibiles, Judit tecum hæc verbera statua,
Pollicitus est mihi operam suam; quin sine te nosterappellari,
Et propter *Cæliam* hâc nocte dormies. *Phil.* Hac nocte obsecro;
Et nunc est crespusculum? *Loi.* Tanto fiet facilius.
Phi. Id si præstiteris, superasti me penitissime, ut sim
to tus tuus. *Loi.*

Loi. Nunquam quenquam pœnituit noſtri pallii, vin' majores blanditias?
Concentuiavi in choragio grandes virtutes Ieſuiticas.
Expectò, ut nox ingraveſcat, & præſtò erimus hoc ipſo in loco.
Coram te univerſæ ſe oſtentabunt non realiter,
Ut profundè loquar, ſed objectivè, et ſecundum ſpeciem.
Iod. Nam virtutes ipſas profitentur non realiter, ſed ſecundum ſpeciem.
Phil. Loiola ſilicem ſubigeres, ut te amaret: ſed pone me
Ieſuitam, quod perinde ac tu ipſe facis, deſidero.
Ego tum a mea *Cælia* ſum mortaliũ excluſiſſimus.
Loi. Tune inanilo que? carnaliter hanc cognoſces, licet non uxorie.
Et hæc eſt Logica noſtra, nectere ſubjectum & prædicatum
Sine copula. *Phil.* Hoc eſt, non interdicor concubinâ, ſed conjuge.
Iod. Neque conjuge prohiberis, modò aliena ſit caveas.
Loi. Et fortaſſe *Cælia* monialis olim fuit, à lenone clanculum
Surrepta, monſtrum hoc eſſet, ſi tu ignarus monialem duceres.
Porro magnæ ſunt ambages in matrimonio.
Et fruſtra fit per plura, quod fieri poſſit per pauciora, ut loq. Schol.
Phil. Elegans mehercle ſuaſor es, ego ſat habeo mihi, Si

Si pro concubinâ potiar. *Loi.* Iurabis. *Phil.* Per amorem *Cæliæ.*

Loi. Sine omni æquivocatione. *Ph.* Sine pectoris fallacia.

Loi. Imò ubi plane Iesuita sis, erit æquivocandi occasio

Inposterum, obsignatum est solis patribus mentiri

Per invisibile diploma de *Beelzebub. Io.* ha, ha, ha!

Loi. quid rides?

Iod. Quid rideo? id nempe cogito, *Acheronta* lenonem quo modo,

Et *Lavernam*, & *Scarabæum* propter peccata peregrinatum misimus.

Loi. Dolus iste fuit palmarius, & hoc ipso temporis articulo

Philandrum conjunget *Cæliæ.* *Ph.* Ellum, quam confidenter!

Loi. Tace; *Acheron*, & *Laverna* hujus lupanari, sævissima

Proserpina ad confitendum clandestinas nequitias,

Mihi, & huic *Iodoco* accesserunt modo, ansam arripimus.

Iod. Et utrumque ultra quintum ab urbe lapidem amandavimus.

Loi. Ut reliquias nescio quas satisfactionis ergô adorarent.

Iod. Tum *Scarabæum* eorum servum, & latrunculum adjunximus.

Phil. Si nemo quisquam domi est extra unam *Cæliam*,

Quid stamus ante ostium? *Loi.* Quia fores obsignantur. Viden'

Viden' verò hanc scalam *Philander*? hic me magnifice effero :
Ego conscendam *Pergama*, & diripiam *Helenam*.
Phil. Nimium est in scala periculum, ego supponam hos humeros
Pedibus tuis, at, at ego invenustus sum, & inelegans,
Nisi *Musorium* hic illam præstolari dixeris,
Nunquam egredietur *Cælia*. *Loi.* Quin tu bono animo sis,
Facile est hoc & in udo mendacium. ubi sunt mei manipuli?
Iodoce, tu prospectabis in hoc diverticulum, ne de improviso
Quispiam obrepat advena: *Philander*, conscendam super
Tuas scapulas, quasi super Imperatorem summus Pontifex.
Iod. Ha, ha! quanto cum sudore nugas agunt? *Acheron* leno mihi
Ingenuè sub sigillo hoc secretum aperuit, *Cæliam* esse masculum.
Scande, scande asine. *Cælia* potest esse Papa, & habet testiculos.
Utinam lumbifragium faceret fastidiosus ille *Loiola*,
Qui me despecto Princeps est in omni scelere.
O Diabole, videóne *Scarabæum* in proximo lenonis servulum?
Ipsus est, perimus. Descende, aut periisti *Loiola*.
Phil. Quid, malùm, hunc deturbas scelus? *Io.* quid statis ante has ædes?

Maturate

Maturate fugam, obsecro. *Loi.* Fugiant illi qui habent pedes.

Ego confregi crus categorice vel simpliciter.

Iod. Abi igitur super hujus scapulas, quasi summus Pontifex,

Aut *Scarabæus* vos opprimet. *Loi.* Ubinam? *Io.* Est ad ostium

Loi. Nonne mitius, & modestius hæc monere potuisti, furcifer?

Iod. Ego ejus adventu attonitus, quid egi nescio.

Loi. Tu hic manebis trunce. ô meam tibiam! & huic scelerato

Minitare, qui rediit contra Prælati imperium.

Nos *Philander* ad *Bauciam* interea, ut instruam choragium.

Phil. Imo potius occidam hunc *Scarabæum* malum genium,

Quam removebor ab hâc fenestrâ. *Loi.* Obsequere, inquam, mihi.

Hæc non succedit, aliam tentabo machinam.

Fallaciæ sunt primæ, vel à primis ortæ, ut loquuntur Scholastii.

ACTVS I. SCENA III.

Scarabæus, Iodocus.

Scar. Complicandæ mihi sunt posthac à tergo manus,

Si

UNIVERSITY LIBRARY CAMBRIDGE

Si lævam hanc furtificam porrigo, ſtatim aliquid rapit,
Tetigi hunc cuniculum modo ſummis digitis,
Atque citro me ſequutus eſt. ô cœna lautiſſima!
Sed quid ſi *Iodocus* ſacerdos noſter me prehenderet?
Iod. Iodocus te vocaret furem. *Sca.* Quid dicis conſcientia?
Iod. Et ſervum rapaciſſimum. *Sca.* ſervum! herus meus non eſt domi,
Sede vacante ego ſum dominus hujus familiæ, poſt autem
Tres menſes oportet herum meum mori, tres poſt inde dies:
Ego cum herâ mea *Laverna* committam matrimonium
Iod. Primò procumbe ante pedes confeſſoris tui.
Sca. Oh ſubita pertinacia in hoc genu decidit, non poſſum genu flectere.
Iod. Siccine meum imperium pro vili æſtimas? interdico tibi
Ne lingas butyrum. *Sca.* ô grave ſupplicium! *Iod.* ne mordeas allium,
Ne guſtes porcinam aut vini ſorbitiunculam.
Eloquere, quare cum nocturni, & prolixi i[n]eris
Supplicium inflixi, pro peculatibus occultaſti te in angulo?
Neque extra urbem protuliſti pedem? *Sca.* Peregrinatio,
Mi pater, ſolet itinerantibus inſtillare prudentiam.
Ego in itinere meo unum hoc ſapienter didici,

Quando

Quando incertus eram viæ, obrepentibus tenebris
redire domum.
Turam illiteratus es sacrificulus scio, ut ingenio
Meo non possis respondere, quantumvis sim
Laicus.
Iod. O miserrime fili, excussisti mihi lachrymas, improbe,
Unde suffuratus es hunc pinguem, & recentem
cuniculum?
Sco. Quid tu appellas cuniculum? *Iod.* Imo pinguem cuniculum.
Sca. Non est cuniculus, egregie Magister, ergo falleris.
Iod. Nonne oculis utor, & naribus? *Sca.* Ego integrum tibi dedero
Si sit cuniculus. *Io.* dabis *Scarabæe*; pactum perplacet.
Sca. Tuus hercle sit, mi pater, primulum verò cautum facio
Ut allium, & butyrum indulgeas mihi. *Io.* spondeo.
Sca. Neque bullis, & censuris conscientiam meam
Teneram offendas in posterum. *Io.* Spondeo. *Sca.* Cape sis.
Io. Abstine paulisper, tu hunc cuniculum malis artibus
Comparâsti. *Sca.* Quid tum postea? *Io.* Ingens hoc esset piaculum,
Si sacer Monachus rem pollutam tangeret. *Sca.* Quanti profecto emitur
Bene emitur sapientia; mitte hoc inquinamentum
Iodoce,

Et

Et frige famelicus. *Io.* Nihil minus, impone in cucullo meo
Et nunquam polluet. *Sca.* O sceleste, si me præficeres
Confessionibus tuis centum mille patefaceres flagitia.
Verùm ut benignitatem meam lingas o piparè,
Introibo peritum duos panes, cuniculum involvam linteo:
Sic neque manum, neq; cucullum tuum hæc nequitia polluet.
Iod. Doctè admodum: sed vide, ut ne hirundo magis pernix sit.
Ego singulas partes, quæ quidem erant lautissimæ,
Carpam, & cyathos sorbillans ridebo usque ad stellam crastinam.
O mi Lar familiaris! *Sca.* Para jam cucullum tuum.
Cuniculum reservavi, felem rancidam ejus loco substitui.
Hem verò, prosit tibi *Iodoce*, prosit, memor sis mei
Inter epulas, præsertim bonâ fide mappam redde mihi:
Et hera *Laverna* quando nubet mihi, tu eris sacellanus domesticus.
Io. O *Scarabæe* suavissime. *Sca.* ô docte fratercule.
Io. O mi patrone. *Sca.* ô mi sacellane. *Io.* Valeto plurimùm.
Sca. Certe *Iodoce* nunc non est cuniculus, si sit ego integrum dedero,
Sed quoddam ferox animalculum ad abigendos sorices.

Actus

Actvs I. Scena IIII.

Acheron, Laverna, Scarabæus.

Ach. Ego *Scarabæi* vocem audio. nemon' eſt
præterea? *Sca.* Nemo.
La. Tu'ò l cet,ego nihil video, præter noctem &
ſilentium.
Ach. Cancrò cum confeſſoribus noſtris, qui hac
noctis intemperie
In longinquam nos miſerunt oſculatum reliquiæ,
Quarum ego nullas colo præter reliquias prandii.
La. Ha, ha, he! ita caſus res gubernat, ut nunquam
pactum fecerim
Cùm quoquam ſacrificulo, quin fefellerim.
Curioſus ille *Loiola* nunquam deſiſtebat, donec
eſſet arbiter
A meis confeſſionibus. *Ach.* Ha, cœnum populi hoc
valde cupit
Ut retegantur ei noſtri lupanaris myſteria.
Citius iter præpoſterum faciet & cerebro diſper-
get viam.
Lav. Intonavit hodie Diras,& Diabolum, ſi *Cal-
lam* venderem:
Quem ut palpo percuterem,ſimul & hirquinam e-
jus libidinem
Extinguerem, fingo *Caliam* in Galliis fuiſſe mo-
nialem virginem

Surreptam

Surſeptam è cœnobio. hâc ſtrophâ muſcam carnivoram
Abigebam à *Celia*. *Ach.* Mea motacilla ſapio pleno pectore.
Sca. Sane ſuſpicor me quandoque Abbatem fuiſſe, aut Monachum.
Ach. Hercle verò ad eundem modum ego os ſublevi *Iodoco*.
Nam ne dolos, & vim attentarent pudicitiæ *Celiæ*,
Inſuſurravi ſub ſigillo nihil in eâ eſſe fœminæ.
Præter veſtitum, cætera eſſe maſculum. *Sca.* Maſculum?
Ach. Pulchellam eſſe imaginem ad invitandos hoſpites.
Proh! jam fungi ſine acero dimiſſis auriculis ambulant.
At mea paſſercula *Laverna* quando, aut cui traditura es,
Hanc in nuptias, ut lucrum facias. *Lav.* Ecaſtor *Acheron*,
Muſonius amat hanc, ſed ille plumbum eſt, & mare mortuum,
Nihil dat præter lachrymas, & ſuſpiria.
Ach. Suſpiret, & expiret, quando ad rem ejus auxilium eſt mortuum.
Lav. Tum *Philander* comptus eſt, & elegans amator.
Sed *Gaudentius* pater ejus dotem expectat cum filio.
Ach. Dotem? Capiſtrum potius. *La.* Sed *Martinus* ſenex

Princeps *Amsterodamensis* Presbyterii, ille instar
Potens cum multo munere, ille *Celiam* auferet.
Ach. Martinus Hugonota? hunc mihi nominas ve-
neficam?
Lav. Quid tu nunc effundis intemperiem? hanc
inquam desponsabit.
Ach. An lingua tua paralytica semper movebitur,
Impudica?
Lav. Perjure. *Ach.* Prostibulum. *La.* Cornute.
Sc. Jam rempestas ingruit.
Ach. Fidem hominum, si *Martinam* mussites, præ-
secabo tibi gulam.
Lav. Pish, quasi nescirem, te amare hanc mere-
triculam, veternosa scabies:
Sed ego illam custodiam, ne dubites.
Ach. Pol te discerpam membratim carioſa bestia,
nisi mox eam.
Lav. Scarabæe, audin' hæc? *Sc.* Here, est pro-
fecto quod tibi succenseam.
Ach. Ha, tum cavendum est mihi abs te irato!
Sc. Noli hanc digito
Lædere, nisi caput vis comminui hisce pugnis
stratioticis.
Ach. Istud tu mihi pecus hero tuo? *Sc.* Abstine
ab hoc diverbio pecus,
Nisi otium sit tibi, ut probè vapules. *Ach.* Vicistis,
jam desino:
Tu regnum hic possides, & *Scarabæus* est Tribu-
nus ædium.
Sc. Tribunus? et pecus? *Ach.* Hush, uxor quæso
appone in cœnam mihi

Aliquid

Aliquid de penu tuo, & ego abeo. *Lav.* Oh, si
sis morigerus.
Manta, *Scarabæe* mensam strue, prolue pateras.
Ego statim adero, si *Martino* convicium facias ite-
rum,
Faxo incippum, aut in carcerem te conjecerit.
Sed ipsus opportune egreditur.

ACTVS I. SCENA V.

Martinus. Laverna. Acheron. Scarabæus.

Mar. SOmniabam sane, (faxit salus ut res ipsa
consequatur somnium)
Sed somniabam revera *Lavernam* hanc in pro-
ximo
Pullos habuisse altiles, gallinam præcipue albam,
& delicatulam,
Quæ ovum exclusit in meâ carbonariâ, ex quo
Revelatas sane sentio mihi nuptias *Cæliæ*.
ha, ha!
Ach. Dæmon dæmonum haud illam auferet, ne-
dum Carbonarius.
Lav. Satius erit comprimere os tuum, quin potius
me vide,
Ego assentabor huic sicco, & sobrio seni, quasi
soror
Ex ejus colluvie prodiissem. *Martine* salveto plu-
rimum.
Mar. *Laverna* tunc sola es cum marito, ac si optio

Mihi daretur? hoc non somniabam sane, sed solens
suo more
Me adjuvat fœlicitas. *La.* Certe pallor, & macies
tua
Morbum præsagiunt. Valuistin' per hos aliquot
dies?
Mar. Ah nequam puer Nebbia! ego tres concio-
nes heri recitavi
Nepoti modo, donec sudor deflueret, *La.* Hem
insignem constantiam!
Mar. Ex quo contraxi frigus. Hem! *La.* Pro-
sit sanitati tuæ precor.
Mar. Ah caput dolet: chem! *La.* Iterum prosit
tibi. *Mar.* Heu ineptias!
Ach. Imò obsit tibi, & occidat, hoc dictum rectius.
Mar. Meus atavus *Martinus* ortus in *Britanniâ*
hoc dogma tradidit
Æquè fri volum esse inter sternutandum bene cu-
pere cuiquam,
Ac si oppederet. *Ac.* Salvâ reverentiâ. *Ma.* Ego
homines non revereor,
Extra unam *Cæliam*. O mea columba! *La.* O tua
rosa!
Mar. Meum suavium! *La.* Tuus festus dies.
Ma. Mulier, quid ais?
Ego festos dies odio habeo. *Ac.* Et ego profestos
dies,
Atque ærumnosa jejunia. *Ma. Laverna*, sunt
nonnulla, quæ te volo
Percontari de tua *Cælia*, distribuetur oratio mea
In partes octodecim, & primum membrum est
quintuplex.

Ach.

Ach. Nemini otium eſt auſcultandi, cœna oblatrat in ſartagine,
Illa ne corrumpatur cautio eſt, eamus.
Lav. *Martine* compendifaciam, tu illam amas.
Mar. Nullo ſane pruritu carnis, ſed ut multi *Martinuli*
Propagentur *Amſterodami*. *Ach.* Credat Judæus Apella.
Lav. Venuſta eſt, & pudica, nemo vitu, aut vitium ei
Attulit hercle. *Mar.* Hercle! cõminuis caput mihi
Hoc juramento. *La.* Improviſum hoc erat, fateor.
Mar. Parentes qui fuerunt? *La.* Occubuerunt olim. Ipſa in Helvetiis
Prognata eſt. *Mar.* Apud celebrem religionis Metropolim.
Lav. Si quidem argentum potius haberem, quàm civem optimum,
Ducentas tam facile ferrem minas, quàm vinum biberem.
Centum ubi tu dederis, *Cæliam* ſumes in lectulum;
Ego argentum in marſupium. *Mar.* Grandis quidem eſt pecunia.
Ach. Quam fortaſſe rectius inſumas in pios uſus, deſpectâ *Cælia*.
Mar. Sane fratres ſanctæ reparationis diruunt potius, quàm ædificant,
Neq; agnoſcunt pios uſus præter uſuram fœnoris.
Lav. Sane virgo eſt, qualem vides, neq; vile pendenda ſub minori precio.
Poteſt canere, condire, ſaltare, pingere. *Ma.* Quid

malùm pingere?
Omnes imagines ſunt illicitæ; vidi profanas virgines
Puppas adornare è linteis, & ſericis. ô Profanum!
Eſt ars expedita ad exornandas imagines, reſponde,
Poteſt ſubtegmen nere? *Ia.* Affabrè. *Ma.* Et aſſare porculum?
Lav. Lautè. *Mar.* Et leſtum ſternere? *Lav.* Et leſto procumbere.
Mar. Abunde placet revera, incaleſcit jecur, ha, incenditur
Quaſi fervor procreandi cauſâ, *Laverna* hem tibi oſculum.
Certe *Acheron* non eſt petulans oſculum, ſed benevolentiæ
Pignus, cras ante ſeptimam, imò paulo poſt ſeptimam,
Jentabo prius propter valetudinem, centum numerabo minas,
Et unam præterea minam. *La.* Benigne facies.
Mar. Non eſt opus ſupererogantis hominis, hoc non decet,
Sed tradam hanc minam ante nuptias pro annulo.
Odi enim annulum, eſt ſymbolum Paganum, & Ethnicum.
Ach. Cancrò malgrago, ſi non has diſturbo nuptias.
Sca. Here vitulinum caput te expectat in patinis.
Quin odioſe ceſſamus? *La.* Rectè mones, jube quæſo amicos tuos,
Ut adſint in cratinum, conduce coquos, para convivium

Nup-

Nuptiale, & *Cælia* tua ſponſa venuſtè adornabitur.
Mar. Pax vobis omnibus, & *Cæliæ* fœlicitas.
Sentio aliquem à me aperire oſtium.

ACTVS I. SCENA VI.

Nebbia. Martinus.

Neb. FA, la, ſa, la! *Mar.* Quis exit foras?
Neb. ô infortunium!
Quo me vertam neſcio, avunculus meus rediit,
Et *Loiola* miſit me vocatum: hem reperi aſtutiam.
Peragrandum eſt mihi per totum oppidum, ut avunculum reducam domum.
Ille ubi abſens ſit totus horreo, ne uſpiam ceciderit,
Aut perfregerit aliquid. *Mar. Nebbia* gradum ſiſtito.
Neb. Sane gaudeo, maximâ anxietate liberatus ſum.
Mar. Sed mi ne potule, profanam ex te cantilenam audivi modò.
Neb. Fieri non poteſt, quippe quia ſubtriſtior eram hâc veſperâ,
Quod te carerem, ſed fuit quædam ſimia, quæ cantavit in viâ.
Mar. Simia? *Neb.* Hoc eſt quidam Puſio. *Ma.* Ah peſſime!
Tune creaturas Dei appellas ſimias nequam *Nebbia*?

Neb. Ego fatuus credidera ſimias eſſe creaturas Dei.
Mar. Adeſdum, dimitte brachia, ſicut benè moratum decet.
Attolle caput; ſat, bene. primò videſis, ut tondeantur crines capitis.
Quin & oculorum ſupercilia promiſſiora ſunt quàm par eſt;
Vereor ne creſcant in ſcandalũ, abradantur igitur.
Sed gnatum te eſſe cupio, *Cæliam* leſtiſſimam virginem,
Huh! ipſum ſane nomen refocillat ſpiritus, cras conjugem mihi
Futuram. *Ne.* ô delirium! eſt meretrix ut aiunt.
Mar. Tu heram vide excipias domum omni alacritate, & officio,
Quandiu ſis puerulus, heræ tuæ miniſtraveris integer,
At quando ingraveſcit pubertas tua, fortaſſe te caſtravero.
Neb. O meum ventriculum! multo inhumanius eſt cæcâ obedientiâ.
Mar. At quid *Nebbia*, ſi teſticuli ſint corporis ceremoniæ?
Tum ſunt evacuandi. noſtin' autem *Rogerum* diaconum
Sanctum & fidelem coriarium? *Neb.* Tanquam te, ſi placet.
Mar. Tantum eſt. Mone hominem, ut cras compareat ante octavam.
Eit Diaconus ſanctæ reparationis, qui me conjunget *Cæliæ* ſine annulo.

Heb.

Neb. Introiit? abi ſtipes cerebroſe, nunquam quenquam conveni,
A quo abirem lubentius. *Rogerus* Diaconus ſane non eſt domi,
Tonſor aliud agit. piſcilego revertar, quando libitum eſt mihi.

ACTVS I. SCEN. VII.

Loiola, Philander, Iodocus, Nebbia, Pompa Ieſuitarum.

Iod. QUo te ſubduxiſt *Loiola*? *Lo.* Huc à parte ante,
Nebbia mea avicula, hodie tibi dabo pruna, & cras pruna,
Et perpetim pruna. *Ne.* Pollicitaris largiter. nullane
Præparaſti ludicra, quod me demulces adeo?
Loi. Ipſa, in quibus te olim exercui, hunc amictum indue,
Quam decet? Jeſuitam te futurum ſpero, ubi ex ephebis exceſſeris.
Jodoce, facio te ſummum ceroferatium in hoc charagio.
Iod. Quàm Pontificaliter! *Loi.* *Philander*, abſterge oculos,
Maximæ virtutes Jeſuiticæ tanquam ſpecioſum agmen iluſtrium

In arenam descendent, quas conspectas sic veneraberis,
Ut quadrigis desiderii in castra Theatrica advolaveris.
Phil. Quicquid oblectamenti dederis, silentium, & obsequium adfero.
Iod. Utinam vitia vestra in tantillo theatro possitis producere.
Loi. Prodeat jam nostræ familiæ columen *Nicolaus Matchiavellus*,
Magni patris *Ignatii* præcursor, contemptor numinum,
Osor fœderum, & fidus Inferorum vates, qui diu
Ante præsagivit nostram romp. & fœliciter
Fundamenta amplitudinis nostræ suo cerebro posuit.
Prodi jam *Matchiavelli* propago cum Jesuitis defensoribus.

Cæca obedientia Ignatius Loiola.
Eccam virtutum coryphæum, Cæcam obedientiam,
Quam peperit *Ignatius Loiola* orbis nostri conditor,
Fortasse propter autorem Clauda obedientia melius
Dici poterat, ille plus uno sapuit pede quàm *Apollo* tribus.

Pseudo-miraculum. F. Xaverius.
Salve Pseudo-miraculum prognatum è *F. Xaverio*,
Hinc sudores imaginum, deceptiones straminum.

Lachry-

Lachrymæq; lapidum, & exorcismi Dæmonum,
Morborum remedia, pediculorum lues, fraudulenta præsagia.
Mille, mille strophæ sub tuo vexillo militant.

Regicidium Mariana.

Holla! minax virtus, & athletica, nempe Regicidium,
Quam evomuit in mundum *Marina*, Tribunus Diaboli,
Sive clanculum jubes principem tolli, hic *Ganymedes*
Plutonis miscet venenum; seu sanguinem fundi expedit,
Gerit pugionem; seu recurrendum ad Magiam,
Novit artem Necromanticam; vin' omnia convolvi
In antiquum chaos? hic tenebrio plenus est nitri, & pulveris.

Index expurgatorius. Claudius Aquaviva.

Evax Index expurgationis, & *Claudius Aquaviva*?
Amò Aqua-fortis potius, quæ expungit, & extergit literas,
Jam Patres non sunt Patres, alios infrigidavimus,
Alios castravimus, nullum apicem dogmatis possunt gignere,
Quod noceat Pontifici; ô quantum scelus dormit sub hoc umbraculo!

Æquivocatio. *Vaccabo cum cacabo Robertus Perſonius*, aliàs
Robertus Perſonius. *Robertus Cowbuck*, niſi me fallit
hoc ſpectrum, prodit
Fecum Æquivocatio, ejurabit, perjerabit,
Semper ſcabioſam puſtulam in lingua habuit, i. mendacium,
Sed mendacium officioſum, non malicioſum, ut loquuntur Schol.
Arrogantia. Edm. Campianus. Date viam *Edm. Campiano*, capiſtratæ legionis
Principi, quocum in ultimum locum rejecta eſt Arrogantia.
Mi *Protagora*, mi ſophiſta fulminans, decem ſunt rationes,
Cur inſpuerem in os illud tuum ſcreator magnifice,
Nunquam inermis athleta ſe oſtentavit fortius.

Loi. Jam modo animum tuum vici *Philander*, quare non obſtupeſcis?

Hæ ſunt apiculæ, quæ Jeſuitarum examine mellificant.

Phil. Ego artis innocens virtutes Cardinales expectavi *Loiola*.

Loi. Minimè gentium, nemo horum Cardinalis fuit.

Da nobis rubrum galerum, & virtutes Cardinales profitebimur.

Combibones mei, & virtutum chorus omnis manuſcmus

Ad

Ad popinam *Baucia*, ubi nos expectant bellaria.
Iod. Manta parum, ego conteſſerabo meum ſymbolum
In cœnam: invenies cuniculum, & duos panes,
In cucullo meo, quos pro abſolutione *Scarabæo* abſtuli.
Loi. *Pus meau!* Ubi venabatur acumen tuum, quod hunc Indicum
Cuniculum cepiſti? apage Franciſcani torpidi,
Qui ubique eſtis deridiculo! *Jo.* Patientia: ſed niſi *Scarabeum*
Et te, *Loiola*, prout meriti eſtis, ego ungues præmordero.
Loi. *Nebbia*, ego pruna promiſi tibi, annon? *Ne.* Et perpetim pruna.
Loi. Sed generant flatum *Nebbia*, generant flatum. cape ſis
Hanc felem potius in mercedem operæ, eſt ludibundum animal.
Neb. Gratias habeo. oh quid agam? ſcalpit & mordet venefica.
Loi. I præ, *Phtlander*, nos ſequemur cum pompâ cantantium,
Aut organice, aut inorganice, ut loquuntur Scholaſtici.

Actus

Actvs II. Scena I.

Celia in feneſtra, *Acheron.*

Ce. Dulce matutinæ lucis delibavi oſculum!
O quam hoc inops eſt cuſtoditæ virginis ſolatiũ!
Tam avide irruentis aeris lambo ſuavium, quam
al æ labella
Conjugum. ecquid vero pignus orientis ſolis,
Stellam Veneris video? Salve auſpicatum ſidus,
Sis tu mihi fœlicis thalami fatidica.
Quin reprimere incepta *Celia.* tu immodeſtè ſtellas invocas,
Et caſtiſſimæ Auroræ ſtatim erubuit pudor.
Ac. Non hercle durare quiſquam in hâc familia, ſi
ſic ſit, poteſt.
Mea Heroina *Lavernæ Scarabæum* intus in ſinu fovet;
Me autem longo exercet in itinere, ut ad portam
abeam,
Et mercatores Gallicos inveſtigem ſcilicet, qua de re
Oblitus ſum. Sed eundum eſt ſub pœna piſtilli ferrei.
Perge, perge, ego non reponam tibi in *Celia.* non, non.
Ce. Me nominat, *Ac.* Ah mea nivea puella, Salve plurimum.

Tu

Tu nescis quales hodie tibi parantur cum *Martino* nuptiæ.

Cæ. Eandem salvere jubes & occidis pariter mi patrone.

Non ecce mene mucido tradi, & purulento soni?

Ego potius sanguinem meum canibus in pastum dabo.

Ac. Rem acu tangis *Cælia*. Os tuum, & venustas mei ordinis,

Virum est commerita. Suram qualis hæc est, brachium crassum,

Corpus solidum, quid dabis mihi si meâ operâ *Martinum* defraudavero?

Oculum? *Cæl.* cum resonante labio. *Ac.* Amplexum? *Cæ.* Nimis est.

Ac. Pisth. *Cæ.* Nisi statim huic belluæ os obturaveris.

Ac. Sin clavem cubiculi tui ab uxore in somnis surripuero?

Cæ. Intromitteris cupidè. Ut præceps è fenestra desilires.

Heu me obseptam undiq; *Ac.* Tum *Martine* aliam quercum excute.

Uxoris meæ modo fuit hoc imperium, ut ad portum fugerem.

Conveniendus est mihi *Loiola* in viâ, in ædibus *Bauciæ*.

Hunc condocefaciam de nuptiis, & *Martino* conjuge.

Dissipabit ille omnia, omnem lapidem movebit ne *Martinus*.

Quie-

Quicquã ſolide gaudeat. *Cæ.* Euge præſidiũ meum.
Sed lente nimis anteverтis hoc periculum, & crepuit *Martini* oſtium

Ac. Nimis te diſcrucias mea parvula: ego cum ventis fugio.

ACTVS II. SCENA II.

Cælia in feneſtra, *Muſonius*, *Mutus*.

Cæ. VIdeone *Muſonium* prodeuntem? quam pectus ſalit mihi?
Nimium ſe infelix macerat: neq; quoquã ſere gaudet,
Niſi cum hic mutus aſſecla ejus leſſum alio producit gemitu.

Mu. Delaſſavi noctem, ſydera, & opacas umbras arborum
Amoribus meis, quarum patientiam nunc in poſterum libero.
Tu tamen audies quoties expiro inter-mortuum nomen *Cæliæ*.
Quid ais? geſtus ſat loquitur lubentem animum, ſed tu nihil negas.
Nam ſi taciturnitas ſtat pro aſſenſu, elinguis nihil negat.
Tacebis etiam? ô infœlicitatis comes! qui nequeas non taceре
Fruſtra te ut tacere rogo: dulce ſolæium pueri!
Auſcultа ſodes, fidum natura, bonum te virtus facit,

Salve

Salve amoris mei ænigma fortuna melior,
Rivalis pater est, & senex amator *Caliæ*.
Rivalis senex est, & pater sponsus, & potitor *Caliæ*.
Mut. Num. *Musf.* Dulciter spirans gemitus, inscelicitatis musica,
Sic insidentes floribus susurrant apes. Sed hodie
Auferetur *Caliæ*. Illa lux animi mei vix semel comparuit
Et semper occidit, meq; oratorem substituit crudelis pater
Ut flectam nolentem Virginem. Cur non ego sim mutus etiam?
Noverca natura dedisti linguam, ut meipsum perderem.
Quid cogitas super hisce? cur sic cervicem moves?
Non hoc formosos humeros offendit caput: non, sed herilis
Pondus miseriæ prægravat. sic matutino rore gravidum
Papaver, pluviisq; ebriũ tenerum dimittit verticem
Cæl. Musoni. Musf. Hah mea Phœbe, meum melos, oraculum meum.
Cæl. Ah, *Musoni*, quam diuturnus emansor es ab hac fenestra,
Quæ magis fulget ubi tu illam aspexeris? *Musf.* Heu charissima,
Emansorem non objurgabis posthac, nimium accedes propius,
In iisdem ædibus mecum domina, & conjux fueris.
Cæl. Tu ludis credulitatem Virginis, *Musf.* At vitæ illudo meæ.

Verum

Verum audax sum fortasse: non jam adfero amatoriis blandi ias,
Sed filii obsequium. *Cæl.* Filii? quantum venenũ verbo
Quam molli tegis? ego ex nuptiis tuis matrem esse cum sors tulerit
Cupio, at matrem tibi esse ferme est incestuosum propudium.
Mus. Cave dicas id futurum turpe, quod oportet fieri.
Imo obtestor *Cælia*, adjice amores *Martino* patri;
Qui quanto vir melior est quam ego improbus, eò duplò
Plus amaveris. *Cæ.* Quam te decet tantæ virtutis concertatio?
Sed qui parentis causam agis, reipsum jugulas.
Mus. Certe amor in parentem pulchrior est quam mille *Cæliæ*.
Da veniam vel prudentiæ, vel si nevis, precibus,
Dulcis *Cælia*. Nulla est infelicitas, crede, in senili thalamo.
Et florentis ætatis commoda quanta compensant vitia?
Cæ. Nunquam persuadebis hoc fœminis, etsi centies suaseris.
Mus. Sed ille quem tu colis maxime furilis est, & infelix puer,
Ganeas & gurgustia frequentat. Si hic mutus posset loqui,
Nequitias meas noctu & interdiu proderet. *Mus.*

Um.

Cæ.

Cæ. Vale delusor artifex, cogis me fenestram claudere.
Musonium mentiri turpe est, sed maledici turpius.
Mus. O Tartara & Furias! aliúsne per opem meam potietur *Cælia*,
Superq; ruinas filii exædificaverit pater? cætera
Loquantur lachrymæ, natura te elinguem, me fecit amor.
Mut. Um. *Mus.* Quid vides? scilicet divertere meum expetis
Ab amore animum? *Mut.* Hu huh. *Mus.* Ah nunquam potes.
Postquam hanc aspexi, haud memini me vidisse uspiam fœminam.
Cælia excellens splendor corripuit oculos. Sed Mute,
Reclinemus sub hâc fenestrâ: hic tumulum condam mihi.

ACTVS II. SCENA III.

Philander, Jodocus, Loiola, Musonius, Mutus.

Jo. QUis ab hoc lenone improbo tantam expectasset gratiam?
Ph. Talentum homini qui me secum esse ab hoc *Martino* jusserit.
Crux somno & inertiæ in lecto quæsivi, illic amisi *Cæliam*. Sed

Sed alius aucupium facit ſermonis noſtri. *Lo. Muſonius* eſt;
Cujus ad latus recumbit ejus mutus *Harpocrates*.
Philander, eſt mihi libido dolum graphicum in aceto intingere.
Ph. Cujus damno? *Lo. Martini*. *Ph.* Modum expedi. *Lo.* Alio tempore.
Sed cardo voluptiæ in hoc muto vertitur. Salvus es,
Si hunc mutuo abs hero ſuo ſumſeris, vel in unam diculam.
Ph. Non recuſaverit. verum verſus hoc cadaver hominis contollam gradum.
Lo. Accommoda humeros tuos meditationibus meis *Iedoce*:
Literæ abs me dandæ ſunt ad ſummos Principes.
Ph. Muſoni ſalve vir optime. *Muſ.* Non eſt talis qui vivit.
Ph. Quis non? *Muſ.* Iuvenis inquam optimus. *Ph.* Erige te, quid agis?
Muſ. Delineavi geographiam huius inertis corporis. Scio jam
Quam paucæ ſpithamæ, quantillum pulveris urnam reciperent meam.
Ph. Subtriſtia memoras: ecquid te peperit *Niobe*,
Poſtquam in ſaxum verſa eſt? *Muſ. Philander* valde amo
Dolores, ut partem negem tibi, & invideã omnibus.
Ph. O ſequax malancholia! non eſt ingratius, aut dulcius conſortium.
Mane, & exporge decaperatam frontem, nos amici ſumus.

Muſ.

Muſ. Per me quidem amiciſſimi. *Ph.* Ob amicitiam, precor,
Per horas aliquot fidei meæ committas hunc Mutum parvulum.
Muſ. Meum turturem? quis tacebit interea? quis ingemet?
Ph. Dolores profiteris te nolle indulgere cupiã. Etiamne
Servum nevis? etiamne gaudia? *Muſ.* Per horas aliquot?
Habeas. quid dixi? non poſſum hercle. egon' ut dormiam
Interea, quo vigilans carere nequeo? *Ph.* Ludis me protervia.
Lo. Si nobis committes puerum, non erit ut metuas de moribus.
Muſ. Tibi ſit curæ *Philander*, & tibi uſui, vobis operam
Non dat, & curam non expectat. quid ais? diſſociabimur?
Ploras? non ibit, negandi voces ſunt iſtæ lacrymæ.
Ph. Piſh, dictum, indictum toties: tædet me hujus inconſtantiæ.
Lo. Mi bellule, non pœnitebit te aut laboris, aut injuriæ.
Pulchre locabis operam ad expediendam formoſam *Cæliam*
Ex hâc inhoneſta familiâ. *Mut.* Hah. *Lo.* Si allubeſcat attolle digitum.
Ph. Vide quam ſubridet *Muſoni*, & lætus attollit manum.

Muſ.

Mus. Ellum hoſpitem tuum, excipe ut liberum decet, & generoſum juvenem.

Ph. Lubentem & memorem mones. *Mus.* Ego ſub ſuſpiriorum refrigerio,

Tanquã ſub umbrâ molli reclinabo interea. Vale.

ACTVS II. SCENA IIII.

Philander, Iodocus, Loiola, Mutus.

Ph. Recepimus puerum. Cæterum molitiones noſtræ ſunt tardigradæ,

Cupido præpes eſt, & alatus Deunculus it dies, nihil proficimus.

Ubi eſt qui una nocte promiſit mihi obſtetricamentum meum?

Lo. Quæſo quid tu es hominis? una nocte amplexari dabitur.

Quo ſenſu tamen? aut remotâ, aut proximâ, ut loquuntur ſcholaſtici.

Io. Frugi homo es, nunquam verax, neq; mendax tamen.

Lo. Olla nunc fervet, & tempus eſt deſpumare fallaciam.

Primo facinus clarũ ſit ſine magna metamorphoſi,

Proin jubeo vos omnes alia jam fieri animantia.

Io. O quale brutum erit *Jodocus*! *Lo.* Pinguis cuniculus.

Ph. Et ego catellus, quem oſculatur, quocum dormit *Calia*.

Lo.

Nugas agitis. *Iodoce* tu ſimulabis perſonam Propoſæ

Mercatoris; intelligin'? *Io.* Sane quidvis potius quam Jeſuiras venderem.

Lo. Quid? *Io.* Sunt merces ſucatiſſimæ, nemo quadrantem dederit.

Lo. Minimè gentium, *Mauros* tu in urbem adferes, & *Æthiopes.*

Ph. Quid tum poſtea? *Lo.* Ego unguentum *Philander* habeo,

Quo te obfuſca bimus, quaſi caminos verreres.

Hoc pacto pro *Æthiope* admitti potes in lenonis domum.

Io. Ego pro lena reſpondeo, nolo hunc *Æthiopem* emere.

Lo. Hoc eſt *Franciſcanum* admittere in Senatum aſtutiæ,

Meæ id commiſſum eſt diligentiæ, ut lena hoc indigeat.

Gaudentius pater tuus, me ſuaſore poſtulaverit

Lenam de Afro vœnali, aut *Æthiope.* *Ph.* Bene res ſuccedit, *Iodoce.*

Age, *Æthiops* ſum. *Lo:* Progrediamur, formaliter *Æthiops* es,

Non identicè, ſed per modum ſimilitudinis.

Ph. Fac etiam ut intromittar patris uſibus, & mercimonio,

Cui bono (inquit Caſſius?) *Lo.* Phy! *Philander*, veſtis holoſerica

Non ſemper ſapit maxime, an non eſt tua *Cælia* in iiſdem ædibus?

Attecta

Attrecta manus ejus & mammillas. Simula quasi
Musonius
Quem ardet magis, te subornasset ut illã educeres,
Io. Purga tuum caput elleboro *Loiola.* Ego pro
virgine respondeo:
Non est mihi fas *Æthiops* foras exire, Lena prohibet.
Lo. Purga ventriculum tuum rhabarbaro asine, ibi
vorsura inest
Callida. *Cælia* ubi explevit animum suum hoc
esse *Musonii*
Inventum, mutabit enim *Philandro* vestes. *Ph.* *Æthiopicas?*
Lo. Sic, et quasi nigellus Maurus exibit ad ædes
Gaudentii.
Cætera quis nescit? satis pro nunc, ut acute Scholastici.
Ph. Itane reperisti viam ut me totum perderes?
Illa accommodè ad patrem adducetur: quod fors
fœliciter.
Ego interea famelicus relinquar in ædibus lenoniis
Fœminæ indutus toga, inclusus delubrio? nunquã
faciam.
Io. Ha, ha, he! multum dubito, ne interea amator
quispiam
Te prægnantẽ fecerit. *Lo.* Homine imperito nunquam quicquam injustius?
Prævortis quod dicturus eram, cum ad umbilicum
venio.
Cistam habeo in triclinio *Baucis*, quam hic mutuo
puer

Cum tribus bajulis ad lenam portaverit, qui post cæteros
Manserit, cistæ opulentiæ cavens: hujus sago te indues
Quasi esses bajulus, para fugam celerrime quam pores,
Eleganter te revestias. Mutus quasi *Cælia* puella
cum munditiæ fæminea assidebit domi.
Ph. Recte hoc postremum de Muto dixti, ego hoc pacto liber sum,
Et *Laverna* à Muto quæ facta sunt nunquam poterit exculpere.
Io. Meum argentum vinum, jam in vado res est. Ergo exeo mercatorculus,
Philander Æthiops; quibus post obscurata coloribus
Fugit *Cælia* ad *Gaudentium*; Mutus factus bajulus liberat
Philandrum, omnia conscribuntur solis radio.
At *Philander*, quid si in hâc cistâ inclusus esset *Loiola*?
Lo. Neutiquam, neutiquam. *Ph.* Quæso te. *Lo.* Nunquam faciam,
Res non postulat. *Jo.* ô multum interest, tui solius indoles
Confimabit *Cæliæ* suspicacem animum hoc esse ortum à *Musonio*.
Lo. Sed mihi ad magnates totius *Europæ* conscribendæ sunt epistolæ.
Decem aureos quovis die insumo è fisco *Pontificis*
Pro tabellarii operâ, *Ph.* Differ in aliud tempus obsecro.

Lo. Sicine obtrusum vultis mihi hoc periculum agedum,
Vos in foro exclusivè, ego in Cista inclusivè faci nus
Commirremus memorabile. *Io.* Iam supercilium sa it mihi,
Hic in eodem solo volvitur. *Lo. Iodoce* tu prospexeris,
Ut huc advehatur, & post reportetur cistula.
Io. Ego meas partes docte calleo. *Lo.* Prope abest *Martinus*
Ut sponsam auferat: Scilicet sexagenarius tam molliculam.
Hic mihi castrametandum est tantisper dum adveniat.
Io. Fiat nos haustum vini repetemus, & vestitum comparabimus.
Lo. Sed fœderis ne obliviscare *Philander*, Jesuitam Iurasti te futurum: tum quoque inter te & *Celiam* Non erit relatio realis quasi inter maritum & conjugem,
Sed relatio rationis inter adolescentem & pellicem,
Ut loquuntur Scholastici. *Ph.* Utrique pacto me dev veo. Ego te
Pensilem videbo potius cum tuis rudibus Aquilonaribus Scholasticis.

Actus II. Scena V.

Loiola, Martinus.

Lo. MEne desudascere, ut *Celia* sit pellex solius *Philandri*?
Bomtax, an coquo non liceat lingere digitos?
Ah furtivæ noctes Veneris! hoc est quod pungit *Loiola*.
Et cum reverentiâ nostri cœnobii dictum sit, non ibi
Multæ noctes transiguntur viduæ. mum! sed ipsus exit
Signor inamorato, hic frigida est qua restinguam incendium uum.
Ma. Rectum est, neque adulterini sunt, neque detorti aurei.
Non uno nummulo quempiam fallerem, ut fierem
Supernitendens *Indiæ*. *Lo.* Utinam ficum hanc medicatam comederer,
Vel pugio hic meus esset sanctificatus, ut vel pontonaliter
Vel punctualiter interficerem locustam. *Ma.* Optandum est
Magnopere ut populares nostri meos animos gererent;
Quisq; rex aut septem uxores duceret: sic prole multiplici

Orta *Spinolam* primo in bello trucidabimus,
Post ipsam *Romã*,& fortasse *Turcã* expugnabimus.
Lo. Sane ædipol. tuq; agmen duces inter loquaces anseres.
Ma. Heigh! spectrum Jesuitæ video. *La.* Ego cum exorcismo lepido
Hunc diffiabo trans Oceanum. *Ma.* Primum cavebo marsupio meo.

Lo. Sancta lympha tangat postes,
Et repellat omnes hostes,
Ne accedat pias ædes
Malum quippiam habens pedes
Ante ortum novæ lucis,
Obsirmo votum signo crucis.

Ma. Eho mala res. *Lo.* Mentiris, omne ens est bonum transcendentaliter,
Ut loquuntur Scholastici. *Ma.* Dic quod te rogo, nonne hoc ostium
Veneno illevisti! *Lo.* In nomine Diaboli. *Ma.* prô fidem!
Lo. Sacro exorcismo maledicis? *Ma.* Exorcismo? *La.* Ita aio,
Sacros hic aspersi latices. *Ma.* O me! *La.* Januam signavi cruce.
Ma. Phy, timore madeo, dispersi eradicitùs, obverte tergum jubeo.
Ne me aspicias carnifex. *Lo.* Ego me avertam à secta tua
Libentius quam tu id possis petere, throm bi
Sudoris defluunt mihi. Utinam te removeres ocyus.
Ma. Signum crucis! hoc stabilitum est syncere. Si catellus meus Hodie

Hodie hoc limen transiret, baculo ad terram defigerem.

Lo. Quid quiniscis cum hirquina barba, & parvis subligaculis?

Qui porci imbricem voras quovis solenni jejunio.

Ma. O *Calia*, si nulla sit postica in hâc domo, ego te cæbo hodie.

Lo. Quid si ego scalam tibi accommodavero? vin' tectum

Et fenestram scandere? *Ma.* Apage te. Nimius est ordo in gradibus.

Scalæ ego vero ordinem, & gradus omnes procul habeo.

Phoh! nauseare me facis, tantus fætor est in aquæ

Tuæ maledictæ ampulla. *Lo.* Phoh! plus mihi stomachum movet

Oris tui graveolentia. *Ma.* Miserum me! audendum est aliquid,

Non possum vel una nocte interdici mea molli *Cælia.*

Lo. Num resumit animos asinus; & meam luditoperam?

Ma. Fortasse post tres horas incantatio crucis non officiet.

Ubi sum prandio satur, tum redire est optimum.

Lo. Post tres horas? quantas me compingit in angustias?

Tu cum mustelina facie, quid si tedeam tecum in gratiam?

Ma. Surdo fabulam: ego te abominor. pish, abi inquam, abi.

Lo. Est aliquid è re & usu tuo, quod aperiam tamen

Ma. Quicquid dixeris mendax es. *Loi.* *Celia* quam tu amas

Est propudiosa meretrix. *Ma.* Tu eam dilaudas contumeliis.

Lo. Jam modo ingredere in lupanar, & amatorem

Deprehendes unà in lectulo Seminant cornua.

Ma. Mallem sane, quod reliquum est edormirent, quam ego ingrederer:

Profanæ sunt hæ fores, olent signum Crucis.

Lo. Probissimus es maritus, qui ob unam crucem te segregas.

Quid si mille cruces & adversa obtigerint?

Irrorbis ad delicias tuas sane. *Ma.* Quid genu flectis?

Fugo hunc cultum idololatricum homo lutee.

Lo. Nequicquam abalienabis te: gratissimè aderis *Celiæ*.

Ma. Ah prius me interfice. *Lo.* Inhumanus es mi Cucute.

Quare nevis? *Ma.* Pugnabo potius quam ad exorcismos rapiar.

Lo. Holla, placide, placide. Ego te per nares ductavero,

Ne exhalatio exorcismi offendat cerebellum tuum,

Quod scio quam sit exiguum. *Ma.* O populares, occidi;

Marsupium meum & aurum quærit hic sector, zonarius.

Lo. Abi bellua cum rugitu tuo Vistoram concitare viciniam?

Re-

Respondē *Priape* vetule, quid nova nupta tecum ageret?

Ma. Linguam antiquam Hebraicam addiscet meum.

Lo. Tu igitur pædagogus futurus es, non maritus conjugi.

Ubi vomicas,& tusses tuas,& carcinomata pertulerit,

Hoc est dicere linguam Hebraicam: abi baubator.

Si respexis ad hanc senestram,aqua benedicta madefaciam.

Ma. Oh: gaudeo me salvum esse à terriculamento hujus furiæ.

Male pereas spurcissime pagane *Loiola*,

Utinam pestis te abradat cum tuo raso capite.

Actus II. Scena VI.

Loiola. Gaudentius.

Lo. HA ha he! non eget monitore ut fugeret saruus.

Ego jam palam feci signum crucis vim latentem fovere

Ad dispellendos malos lemures,sicuti hunc *Martinulum*.

Sed tres accelerantur horæ, & mea febris quartana

Rursus redit; prodeat nunc *Gaudentius* ad emendum *Æthiopem*.

Tick, tock. Ga. Loquere quis es. *Lo.* Amicus hisce ædibus.

Ga. Meus doctor irrefragabilis! Ubi me esse dicam dubito,
In Limbo, an in Purgatorio, quod meum video *Loiolam.*
Quid agis? *La.* Virum optimum manu teneo.
Ga, Sane ubivis utinam esses potius quam coram meis ædibus.
Lo. Quid narrat *Gaudentius* meus? *Ga.* Satin' intelligis quid velim?
Ut quando absens sis par pari tibi reddere possim de tuis laudibus.
Lo. Lepide agis omnia, non nominaliter sed realiter,
Lætitiæ parens. *Ga.* Sed quando erit ut risu te disrumpam iterum,
Quando cum cantiunculis ad luculentum focum
Nos apricabimus? hah, lubet cœlum ferire capite.
Lo. Nam quando visibiliter aut invisibiliter iter facies
Ad nostrum Cœnobium? erit cibus, erit jocus, erit meretrix
Et focus. Solus mortalium sapis *Gaudenti* festivissime.
Ga. Heigh, ruat mundus, non unum plenilunium mutabitur;
Vide quod dico, non plenilunium quin frangemus genialiter
Totam dieculam. *Lo.* Indulge mihi quæso vacivum silentium:
Natus sum ut sim amicis molestiæ. *Ga,* Perge mi Seraphice

Fa-

Fabricator doli. *Le.* Operæ ſuæ ſupperias in re nihili
Poſtulo. *Ga.* Quid eſt? *Lo.* Certe res nihili. *Ga.* Factum optime,
Si nihil ſit, nihil tibi nego. Va'e cũ libello ſupplice.
Lo. Tria verba quæſo. Impenſe mihi opus eſt hodie
Quedam *Æthiope*. *Ga.* Quid vis conſobrine *Platonis*? Vereor.
Ne fiſſos pedes habeas. Porrige ungulam ut videam.
Ego baculo experiar an corpus habeat: imo non eſt ſpiritus,
Habet ſcapulas. *Lo.* Imo eſt corpus organicum, & pugnos habet,
Si me iterum percuſſeris. *Ga.* Potin' verum dicere obſecro,
Mea vulpecula *Hiſpanica*? cujus gula præſecanda eſt
Quod tu horridum *Æthiopem* paras? *La.* Niſi tu erras, interfice me,
Ga. Vel deeſt qui in aliquo ſtratagemate perſonaret Dæmonem?
La. O, nimium nuper ſcelerum ſuſpicax es. *La.* Ego quid *Æthiops*
Plus agat plane neſcio. *Lo.* Hoc nempe miror tamen
Quid te ſuſpicacem reddidit. Nempe Colonia noſtri ordinis
In *Indiam* deducenda eſt: *Æthiopes* aiunt eſſe optima mancipia

Ad expeditionem *Indicam*, quæso ut tu unum mihi hodie
Quæras inter forensem strepitum. *Ga.* At ego
Nunquam assuevi mercatoribus aut rarius ubi
Vinum emitur. *Lo.* Ut hoc sit modestiæ tuæ, at lena de proximo
Apprime in his rebus est exercitatissima, tu pro familiaritate
Tua quæ olim fuit tam matutina, quam vespertina,
Ut loquuntur Scholastici, facile possis *Lavernæ* hanc molestiam
Persuadere: quæso, vicinæ tuæ imperes hoc negotium.
Ga. Mea simulata sanctitas & duplex iniquitas: ego
Desuevi diu cum hoc fœminarum genere; barba & canities
Me monent hem pancratiasten robustum,
Tu prævalebis in lupanari citius. *Lo.* Sed dispar ratio est
Quare mihi minus conducibile est. Non convenit huic pallio
Ædes pultare lenonias interdiu; tua vicinitas, autho ritas,
Omnia in te sunt lepidissime senex, modo voluntas adest.
Ga. Ha ha he! *Æthiopem* vis & hodie *Loiola*, non detracto provinciam.
Modo me potius quam *Philandrum* corrumpes filium,
Ea lege exorabis. *Lo.* Missum hoc face, cantiunculis & joculis

Splenem dilatabimus. *Ga.* Optime, *Lo.* Sic ego in aulis Princip m

Superbe, auſterè in publico, inſane hilariter in cœnobio.

O vita jucundiſſima! *Ga.* Hem tibi cor & jecur integrum.

Æthiopem pete poſt meridiem. *La.* Per hanc dexteram ego te amo

Vel complexe vel incomplexe, ut loquuntur Scholaſtici.

Ga. Vale mi vagabundule, per me tu, tuiq; compares

Omnes ad *Indiam* commigrabitis cum tuo *Æthiope*.

Sed *Laverna* exit, circumſpectat mala quaſi quæreret hoſpites.

Actus II. Scena VII.

Laverna, Scarabeus, Gaudentius.

La. Cæterum id curat ſolum vir meus ut madidus redeat domum.

Abi *Scarabæe*, atq; illum reduc priuſquam æs ac fidem epotaverit.

Sc. Utinam quod cum ſalute ejus fiat, ita ſtrenue bibat,

Ut in perpetuũ ab epiſtomio non poteſt ſurgere.

Lav. Quære autem *Martinum* potius. *Sca.* Quærii *Martinum* jubes?

Lav.

Lav. Imo missum hunc face, ferium adito, ubi, ubi sit in œnopolio.

Sca. Quid? vis herum distincte accersi? quot animos habes?

Prorsus me incertum tenes. *La.* Resté decies. Jam *Martinum* volo

Quia propior est, qui expectatione pretii me exenterat.

Ecastor magis mellita verba, vultus, oculos

Innocentiores quam *Amstelrodamo* nusquam videas.

Sed fides pendula est. Ego nunquam posthac cum sinceritatibus

Paciscar si à *Martino* sim libera. *G.* Optima fœmina,

Intus & in cute jam tangis hosce laicos presbyteros: sunt piissime

Fraudulenti, & fraudulentissime pii.

La. *Gaudenti* non te prævideram. *Ga.* Tu quia tam cauta es

Et præsentis solertia, supplex sum ut mihi ingeras beneficium.

La. Loquere vir optime. *Sc.* Totus dubito quod heræ meæ pulchritudine

Incensus sit, ac post hesilem obitum hanc præripere

Mihi cogitat. *Ga.* *Laverna* res nauci est: tua mihi opera.

Et judicio opus est in emundo *Æthiope*. *La.* Quot annorum?

Ga. Quasi juvenis. *La.* Ecquid festinato opus est? *Ga.* Sane hodie;

Vel

Vel si libet ante prandium. *La.* Quantum pretium
statuis?
Ga. Sistas hoc pecus mihi ubi emptum sit, &
ego repen lam pretium.
La. Mirum est cur volupe cuiquam sint nigellæ
& fumosæ imagines.
Siquidem propendet animus tuus in pulchriores
delicias,
Obsaturabere propediem. *Ga.* Ha ha he: *beso las manus.*
Sed eccum pruinam capitis, congelasceret in his
amplexibus
Tenella virguncula. Vale, vale nequam: ha ha he.
Vixi olim non inglorius in militia Cupidinis.
La. *Scarabæe*, cupio obsequi huic viro magnifico,
pete igitur
Monheur *Michaelem* mercatorem *Gallum* in portu publico,
Ut ipse aut herus tuus *Æthiopem* educat mihi. *Sc.*
Eo.
La. Præstituta est octava, præterit tempus, *Martinus*
hic
Nullus venit. an puellam roseam, qualis est mea
Cælia,
Vel uno nictu oculi sefellisse m, ego si vir forem?
Utinam hoc faciuus natura m æ credidisset fidei.
Sed virgo vestienda est, id me monet ne abeam
longius.

ACT.

Actus III. Scena I.

Iodocus Pseudomercator, *Philander* Æthiops.

Iod. SI quisquam hominum me *Iodocum* dixerit, aut Monachum.

Ph. Vah universum genus *Iodocorum* stipites sunt & fatui

Si tecũ cõparentur. *Io.* Hæcui tu maledicis servole?

An cum fuste ambulandum est mihi, quasi claudus forem?

Ille *Iodocus*, peræque hominem ac me ipsum amo.

Sodalis lepidus audit, & apprime literatissimus.

Ita Latine legit, ut vix tres cũ eo Monachi contenderint.

Phi. Græcum quod attinet. *Io.* Græcum quod attinet, mercator sum & vendidi.

Philandrum vidistin' *Æthiopi*? *Phi.* Aliquoties in speculo.

Io. Bibax est & scortator maximus: fuge illius consortium

Iodocus cardinalis fuisset aut episcopus ad minimũ,

Nisi deho estasset se cum *Philandri* moribus.

Ph. Rides canis? aperi caput ubi ego respexero.

Parce nunc amplius nugis nugacissimis; ubi stultus desinit,

Ibi mercator incipit, *Laverna* avocanda est foras;

Ego

Ego tradendus cum pretio hæccine agis? an non?
Io. Eapſe de cauſa me accingo, reperi jam vigin-
ti minas in his ædibus,
Quas in cucullo recipiam & diſtribuentur laute in
Cœnobio.
Ph. Ah ſtolide, in cucullo? *Io.* Ha, ha, he, ego cucul-
lum geſtari credidi,
Sed mercator deinceps ſũ, vendo libros chartaceos
Doctiſſimos Academicis, ceruſſam & pigmentum
fœminis.
Ego te in jus voco, quiſquis es qui me appelles
Iodocum.
Ph. O diabolo, nimis diu ſtulteſcimus! pater exiit.

ACTUS III. SCENA II.

Gaudentius, Dromo, Jodocus, Philander.

Gau. I *Dromo* curre curriculo ad palæſtram, ad
ſphæriſteria,
Ad funambulos, ad lupanaria, coge *Philandrum* ut
redeat
Domum. abi, quos video? mercatorem cum *Æthi-
ope*; quin licitator
Ipſus, neq; faceſſam Lenæ negotiũ, heus inſitor
mane,
Quanti vendis *Æthiopem*? *Io.* Quin, quin, quin.
Ga. Quinque minis?
Numerabo tibi compendio, ſi nec ulceribus ſca-
ter, nec porrigine. Nimis

Io. Nimis flocci nos æstimas, ego minas quin, quin, quinqua. *Gau.* Ha, ha, he.

Io Lingua mea tit, tit, tit. *Ga.* Ha, ha, ha, quare non attulisti interpretem?

Io. Lingua mea committit per, per, per. *Gau.* Crepitat sane non loquitur.

Io. Dico linguã me perperã facere qd. equi solent.

Gau Forsitan titubat intelligis. *Io.* Id sentiebam, indistincte titubat.

Sed nisi minas quinquaginta numeras, haud hunc *Æthiopem* auferes.

Ga. Quinquaginta? aperte nimis nunc loqueris, vix tanti æstimo

Sultanum *Æthiopem*, quid ita vero vultum dejicis?

Io. Lippiunt oculi, & fluunt glam, glam. *Ga.* Excrea Glamorgan.

Io. Laborat oculorum glamâ, non audet contueri meridiem.

Ga. O æternum risus monumentum! ecquid divorti vobis vacat

In hanc ædiculam? *Phi.* Nisi hic succurrit, nunc perimus basilicè.

Io. Min, minime, est libido tibi sannis & risu nos accipere.

Ga. Risus & hilaritudo, quibus semper tinniunt ædes meæ,

Ne verere hospes, judicium tuum flagito in quibusdam mercibus.

Io. Pa, pa, pa, Domine. *Ga.* Hem inquam, an ægrotas quod Papam expuis?

Io. Pace tua Domine, nihil vendo præter Tobacco & Æthiopes.

Ga.

Ga. Ain' vero? non nihil Nicotiani habeo externis allatum regionibus;
Liber accendere & sufflare si possit fieri per otiũ.
Io. Excusatum me habeas, fum, fum, fumus erit molestus kujus oculis.
Ga. Hem *Maure* quid tu respondes? *Io.* Loquitur linguam Abyssinorum;
An illam intelligis? *Gau.* Whoo! Ubi habitant Abyssini homines?
In lunæ concavo? ego ne gru intelligo id satis scio,
Qui vocatur? *Io. Mylli Mushumps.* *Ph. Mylli Mushumps.*
Gau. My Hy Mushumps? Jube eum mihi valedicere
Ut Abyssini solent. *Io. Henden zoccar Mamoluchi.*
Ph. Sous, trous, cnewhiglm. *Gau.* Heigh, qualis est hæc sartago loquendi?
Institor commuta tuum *Mushumps* pro argento & pretio
Profunde dapsiliter, hem non est dæmon, nisi tristitia, vale
Cargo, Mushumps. Ph. Satin' abiit pater? dispeream, mihi
Res sita esset in acie novaculæ. Servavit nos balbuties. *Am.* Ha, ha, hæ.
Gau. Wighy, quid hoc? O elegantes Psittacos! non potui temperare mihi
Ubi cachinnus obortus est, quin perpetuum hunc risum facite.
Ego in hoc choro sum præcentor facile. *Omn.* Ha, ha, he.
Gau. O lumbi & latera mea, potin' quisquã nostrã causam dicere

Quare

Quare tam profuſe riſimus? *Iod.* Ni, niſi quod homines ſumus.

Ga. Euge mi philoſophe. *Io.* Immo aliud eſt. hic *Æthiops* erat ſubtriſtior.

Tum inquam ha, ha. habe animum bonum, ille meum, ha, hæ, habe,

In ridiculum accipit. *Ga.* Nonne tu eum nihil niſi Abyſſine

Loqui dixti modo? *Io.* Certe in proloquendo linguam hujus patriæ

Infans eſt; ſed nonnihil intelligit. *Gau.* Quia in riſum es effuſior,

Paterā vini Gallici ſumamus ſimul, intro ibis hercle

Io. Nunquam vi, vi, vi. *Gau.* Vi abſit ædepol, nemo hoſpes apud me

Cogetur quaſi captivus bibere, ego te rogo humaniter.

Io. Nunquam vinum bibo. *Gau.* Guſtabis cerviſiam Anglicam.

Io. Neq; cervisā ſoleo. *Gau.* Quid? aquam bibis mi piſcicule?

Io. Neq; aquā; ſed aura ætherea ſoleo palatum mu. defacere.

Gau. Tuſh, ego neq; aurā, neq; æthere commutabo vini ſorbitiunculam.

Vale vir magnifice, ipſe ſummus *Jupiter* eſt tum pontifex.

Io. Satin' oſtium ſecundo jam clauſit, ha, ha, he.

Ph. Fidem hominum,

Capiſtro te conſtringā ſi quēquam riſu evocaveris denuo.

Scarabæus

Scarabæus est. Cave ne in hunc scopulum impingas *Jodoce*.

Actus III. Scena III.

Scarabæus, Iodocus, Philander, Laverna.

Sc. EGo nunquam post hæc ad hoc exemplum me impediam in posterum,
Perreptavi ōnes Angiportus, narrat mihi populus,
Monsier Michael Gallus domi non erit ante vesperum,
Ut nisi herus hunc invenerit sœlicius, nunquam nacti eremus *Æthiopem*.
Ph. Satin' intelligis quid ait surciser? præveniendus est mercator *Michael*,
Aut alius *Æthiops* os mi obli net in æternum dedecus
Io. Alia vaticinare timide. *Sc.* En tersū & ornatum speculum:
Hoc meis digitis debeo, & huic lævæ furtificæ.
O stupendum! in hoc speculo licet videre hominis faciem
Qui illud suffuratus est. O frontē odiosā! cujus est
Hoc os tam patens? non est meum sat scio, egon' ut debeam
Hosce apri silvestris dentes? *Io.* Nunc adeundi commoditas
Intervenit. *Tick, tock Sca.* Heus peregrine cum *Æthiope*.

Jubeo

Jubeo ut ne vapulet hoc ostium iterum, ego pro eo respondeo.

Io. Clarissima Dominâ *Laverna* hic opinor habitat

Cui *Acheron* præmisit me, & hoc venale mancipiũ.

Sca. Illam ne ignores posthàc mercator, nunc ipsa egreditur.

Io. *Signora* splendidissima, licetne labellum tuum consignare osculo?

La. Utinam profecto minime hoc factum esset,

Io. Ignoscas peregrino.

La. Quia si minime factum esset, fieret fortasse denuo.

Io. Invitat me indoles tua & humanitas. *La* Sequere me quæso

In inornatam domũ, tu & ædibus & Dominæ imperabis

Io. Prius ex promisso meo cum *Acheronte* tradendus est hic Æthiops.

La. Haud denigrabit me si illum osculer; ego semper dilexi plurimum

Has nocturnas facies, de pretio non erit inter nos litigium:

Nam nisi tot habeat virtutes, quot minas rogaveris,

Ego abrenuntiabo. *Io.* Sane tot virtutes quot annos numerat;

Viginti dotes egregias sibi vindicat; Bellator, Musicus,

In classi, in palæstrâ, in tripudio juventutis princeps est:

Dies me deficeret si enumerẽ omnia. *La.* Et pecunia

Me

Me deficeret si tantum darem. *Sc.* Sane ferre potest minas sexdecem:
Cum capite, & pedibus, & intestinis omnibus. *Io.* Pluris mihi stetit.
Sed pone minas sexdecem *Signora* candidissima & auferes.
La. Ain' vero? Laudo faciles mores tuos qui tam facile cedis de pretio:
Et ipsa etiam flecti solco, dicis illum canere? *Io.* Nemo suavius.
La. Heus *Cælia* descende ubi impero; *Scarabæe* tu & *Æthiops*
Exhilarate eam cantiunculis, nos argenti rationes
In triclinio inibimus rectius: sequere me mercator optime.

Actus III. Scena IIII.

Philander, Cælia, Scarabæus.

Ph. SUccurrite mihi omnes Veneres & Gratiæ, nunc monte potius
Aut in amoris lactea viâ incedo, aut in mortis crepidine.
O facundia! in hoc uno momento so'ers sim, aut in æternum stupidus.
Sca. Adesdum *Æthiops*, constringe mihi ligulas, deterge etiam
Calceos. Herus noster ubi foras exiit, ego sum dominus tuus.

Nonne

Nonne hoc fateris impudens? *Ph.* Per Crocodilos,
& Nili flumina
Herum habeo munificum: verum tu salve nympha
suavissima,
Porrige mihi obsecro hanc dextram eburneam,
Ca. Nimium torvus es, ego ad conspectum tuum
horreo.
Ph. Ahi lassa, verum fine me amplecti hosce sum-
mos digitos,
Res ut tuas fortunasq; aperiam tibi, qui sum chi-
romantes *Ægyptius*.
Sc. Villiaco, impice hanc manum jubeo, & omit-
te virgunculam.
Ph. Summe *Anubi*! quantum terræ & pulveris hic
video!
Centum fundi jugera portendit hoc lutum in vola
dextera,
Abi lavatum pugnos, & redibis opulentus agricola.
Ca. Age, gestit audire, quid garriat augurium
tuum,
Utinam nocturnæ striges & feralis bubo sepul-
crum mihi
Et mortem prædicarent. *Ph.* Prohibebit fatus sua-
vissima,
Victrix palma, nardo fragrantior, deosculor amo-
res tuos.
Ca. Amores, *Æthiops*? *Phi.* Quasi non amares,
ego id inveni belluta.
Ca. Tace, fingis id in odium meum. *Phi* Odium?
eh quem tu amas, maxime
Mœstus, austerus, juvenis; vin' aperte omnia? *Mi-*
serum. *Ca.*

Cæ. O mea secreta palam facta! quis te inferorum id docuit?

Ph. Gere te lubentem si pandam alia. *Cæ.* Perge, loquere

Phi. Est in secundis deliciis tuis vir lepidus, venustus, meileus,

Philander Gaudentii. Cæ. Sane *Musonius* cor intimum penetravit,

Philander excubavit prope in amoris limine *Phi.* O me beatum!

Sca. Heus *Nite*, reddo tibi agros & jugera quæ dedisti mihi:

Ego ingeniosior sum, quam ut sim pro colono aut rustico;

Aliam volo fortunæ clementiam. *Ph.* Quippini? quot video

Transversas lineas? et patibulum in Saturni culmine?

Sca. Patibulum ex clavio? anne cuniculum aut speculum cloacæ?

Phi. Non dico, neq. tu ipse pendebis, sed tot occurrunt patibula hic,

Ut vel Prætor vitæ necisq; e futurus sis, aut Carnifex.

Hoc constaret facile, si scirem quot articulos habes in singulis digitis.

Sca Manta dum ego digitorum articulos seorsim numero.

Ph. O ferreum & invenustum obicem! *Cæ.* Chiromantes quam diserte

Meum cor mihi saucia sti modo? *Ph.* Tace formosa *Cælia*,

Ego

Ego non ſum *Æthiops*, ſed popularis tuus, & amicus *Muſonii*,
Hæc manus ſimul & libertatem tibi vindicat & amoris copiam.
Cæ. O rem miram & incredibilem! *Ph.* Imo mox te beatam dices *Cælia*:
Principium hujus fraudis ſtupor eſt, & finis oblectatio:
Perfundere me oportet vultum tuum unguento piceo,
An placet denigratio? *Cæ.* Admodum. *Ph.* Haud corrumper pulchritudinem,
Etiam cœlum denigratur nocte, & ſplendidius apparet.
Veſtes tum poſtea quas ego geſto injiciendæ ſunt tibi;
Sic exibis quaſi venale mancipium ad ædes *Gaudentii*.
Cæ. Ad *Gaudentium* ſodes? Tum in amorem *Philandri* inciderem,
Non in amplexum *Muſonii*. *Ph.* Non erat alius in vicinia?
Niſi *Gaudentius* emptor commodus; à *Martino* cavendum erat,
Quaſi à morte *Cælia*: ſed à lepido *Gaudentio* pretio te reſumet
Loiola, & dabit te in cuſtodiam cujuſdam *Banciæ*,
Cæ. Banciæ? Novi ejus nominis viduam aurificum divoriculo.
Ph. Meminiſti? ibi feſtivitas, voluptas, ornatus tuus & ſuperomnia

Amator

Amator te expectant, *Ca.* De matutino somnio
& fabulâ
Fide dignissime summas gratias utinam possim
credere.
Ph. Utcunq; me despexeris, at libertas non est
despicatu dignissima.
Peream quoq; ni *Loiola* Jesuita, homo, uti satis
nosti, sine suco
Et fallaciis hic aderit, ut omnem tibi scrupulum
adimat.
Ca. Constabilisti fidem meam, neq; pejori loco
res meæ
Possunt esse, quam prout in lupanari fluctu-
ant.
Sed quid te fiet derelicto in hac ganea? *Ph.* Id ipse
videro.
Sca. *Æthiops* attende hero tuo, tot sunt articuli
in hac manu
Quot sunt in altera, de summâ totali tu es artifex,
& expedias.
Ph. Here mi, anceps est bicornis vitæ tuæ ratio
Inter tot patibula, dextra te prænuntiat carni-
ficem
Et sinistra prætorem. *Sca.* Quid igitur si dexteram
abscinderem?
Ph. Restaret ut esses judex per omne sæculum,
verum nuptias
Grandes & opulentas una cum dextrâ abscin-
deres.
Ca. Ah nebulo! sentio amorem pulsantem pectus.
quis pulsat fores?

Ph. Laverna. Sc. Connubium *Scarabæi* appetit, postquam *Acheron* obit.

Cæ. St, mercator rediit, adjuva me *Cupido*, mox ad *Musonium* fugio.

ACTVS III. SCENA V.

Laverna, Iodocus, Mutus, tres bajuli, *Scarabæus.*

La. CErte nimis palles mea *Calia*, introite simul cum *Æthiope*,
Fœdus enim percussum est; & si ego merces habeã quas tu cupis
Mercator, ne, si in tenebris foret, te tantilli fefellero.
Jo. Signora remittis me onustum cum munifico amoris tui præmio.
O per vitam principis, quænam est injuria? trunci & Cappadoces
Adduxistis thesaurum meum, quò non oportuit, muli clitellarii
Auferte vos in malam rem. *La. Signor* noli aspernari *Lavernam*,
Posses mille centum florenos in hoc tugurio tuto reponere.
Jo. Abite vos male habiti ad portum, onus referte ubi jussero.
Non te aspernor mea *Veuus*, cistam, perinde atq; animam
Ante aram tuæ venustatis ponam, etiam pignus hoc mancipii
Apud te manserit, non quod metuo opulentiæ,

Sed ita amat fieri nisi tu interdixeris. *La.* Ego verò facilè
Id concedam; heus bajule, evocato *Scarabæum* atriensem meum.
Io. Sane magis quiddam est in hoc loculo, quam opinantur homines;
Sunt quædam anathemata ecclesiastica quæ suspendi oportet
Ante crastinum. *Loiola*, grunnis asine? vide quam arcte dormiunt
Asseres, potes à monte præcipitem dare, neq; partes dissilient.
Loiola, quæso tun' exonerasti alvum? parum abest
Ne graveolentia te proderet. *La. Scarabæe* tolle hanc cistam in cœnaculum
Sca. Ubi *Cælia* solet? *La.* Recte nihilne autem signi inter nos præstituetur
De reddendâ cistulâ. *Io.* Non interest, præter literas manu mea scriptas.
La. Quo te compellem nomine? *Io. Don Quixote della Mancha.*
La. Medius fidius, nomen splendidum: non sunt de plebe hominum
Hi mercatores; labiis loquitur, quam lingua disertius,
Quippe ætatem in mari conterunt apud *Veneris* incunabula.
Sed hæc alibi opportunius, *Don Quixote* valedico tibi:
Est mihi res cum *Gaudentio*; noverit qualis cum opperitur *Æthiops*.

Io. Signora vive fœliciter, heigh, legem pone, hic sunt minæ quindecem

Et meus philosophus *Loiola* est in dolio, ubi sale mace rabitur.

Cargo, ego sum vecors *Franciscanus* & oppro brium sapientiæ!

Actus III. Scena VI.

Monſ. *Michael*, *Iodocus*, *Scarabæus*, Æthiops.

Mi. Mal di terra ubi est *Æthiops*? *despeche pandart*? Ego machærâ mea transfodiam te, nisi festines insulsum caput.

Io. Quis hic est rotâ figuli vorsutior? perii occidissimus,

Hic est *Monsieur Michael*, biboſus ille *Gallus*, & verus *Æthiops*.

Mi. Sequere me *paupette Monsieur*, *bonn giorno*, scin' ubi *Laverna* sit?

Io. Quid cum illa velis? *Mi.* Quid cum illa velim? tuumne est hoc quærere?

Cave ne incurras machæræ meæ odium, si hoc iterum rogites.

Mordieu quid cum illâ velim? accersivit me, & hunc *Æthiopem*.

Mar Acheron. flagitavit me ut hanc adirem. ecquid nunc es doctior?

Io. At ego auctionem feci *Æthiopis* dum aberas *Monsieur*.

Mi. O

Mi. *O Dieu immortal quæ les hommes ſont inconſtans.* Et *Michael*
Non erat idoneus ad auctionem mancipii? pulſabo fores.
Io. At ipſa comeſſatum foras abiit. *Mi.* *Ben, ben, vous eſtes vn Gaudiſſeve*
Come ie voy, quid ſi revera ſit? *Io.* Non potuit me præſente fieri
Ut ego non convenirem. *Mi.* Su, ſu. experiar tamen, aperite oſtium,
Cito, cito, heus ſervi deſcendite, quamdiu hic excludar obſecro?
Sc. Servi! *Mic.* *Peaſant Scarabæe*, dic mihi an *Laverna* quoquam peregre
Conceſſit hoc mane. per *muy toy* non mediocri incendor iracundiâ:
Affer mihi flabellum, ſervole, ut ventum faciam.
Sc. Quem me autumas? an ſervus videor? *frippen* non eſt ſervolus?
Io. In rixam hoc erumpet ſpero ut abigatur Gallicus.
Sc. Tu ſiultus es, & pater tuus ſiultus eſt, avus, atavus, & triavus.
Mi. *Coquin ie te romperay le cou* de hoc inficeto improbrio.
Sc. At avunculi, & amici, & inimici, cognati & filii,
Utrumne habeas necne tantillum cuto, omnes ſunt ſi olidi,
Eſne tu Gallus Monſieur, ubi eſt Ciſta tua?

Mi. O patientia *Batava! vows me faict grand tort.*
Si fuisses nobilis punctim aut cæsim digladiaremur illico.
Tantáne maledicta carcer fæculentus, & sordidus viro
Magnifico? ô deos grandes, & minutulos! ut ego æstuo!
Sc. Quid tibi cum diis est asine? ubi est tua sapientia?
Io. Abire ædepol licet tibi, odiosus es. *Sc.* odiosus es, licet abire ædepol.
Mi. Mort bieu accaraio. universus Rhodanus rabiem meam
Non potest restinguere. *iene veulle pas.*
Tu *Eleazar Æthiops* elice mihi cerebrum huic mendicabulo.
Sc. Istoc volo erga ipsum experiri. *Mi.* Sic, sic, *Eleazar* sine me
Latera ejus calcibus pertundere. ursa major, canis latrantissime,
Si avoy mon espee I te couperay la gorge.
Exurge sis in pedes *pultron*, & responde mihi dum vivis.
Sc. Monsieur, ira furor brevis est, quare ultro ignosco tibi
Hanc vim & intemperiem, quia videris iracundior:
Unum edico tibi, ut mores meos nescias, ego non sum servus,
sed hujus familiæ Dominus, cum herus non intervenit.

Mi. Vide

Mi. Vide, vide, num comportat hera tua alibi apud familiares tuos ?

Sc. Fortasse. *Mi* Quid est hoc fortasse coquine ? & *Æthiopem* domi habet ?

Sc. Quid si ego nolo dicere ? *Mi.* Quid igitur rursus vapules ?

Sc. Immo missis ambagibus emit, & hic institor vendidit.

Io. Qualem à Parisiis nec tu, nec quisquam consortium attulit.

Mi. Odiosa comparatio, um' me machæram in aquiliculo recondere !

Phy, phy, *Laverna* nimis egisti inhumaniter, *avertis*

D' *argent pour acheter des autres. gramercy venifica,*

Ignotos potius locupletasti argento tuo, quam auctorem pristinum.

Scarabæe refer hoc *Lavernæ* fœtidæ, ego me ulciscar,

Pœnitebit vos omnes hujus facti, nisi ne sit supplicium

De plagio. Dixi *Scarabæe*, fuge, fuge mecum cunctator *Æthiops*.

Sc. Contusus sum miserè à capite ad calceos colaphis plenus :

Incantatio magica clam erat in hac pugnâ, aut morte certius

Gallum obtruncassem validè. *Io.* Incantationem prætexis asine,

Quando digitulum movare non ausus es ? *Sc.* Quid ais vitule ?

Quare non ſubveniebas mihi quando eram in ſummo diſcrimine?

Io. Incantatio me corripuit, opem allaturus eram ſæpius,

Sed incantatio me fixit immobilem. *Sc.* At nunc ſi occurreret

Ulceroſus iſte pugnos ponderavi. *Mich.* *Mordieu*, fervent mihi præcordia:

Buffon Macheron nondum lena rediit? obverte os tuum pecus:

Hem ſcelus vagabundum, ſi fuiſſes princeps ego te in præſegmina

Cum hac machæra laceraſſem: *Scarabæe*, ſi quicquam ſit peculii tibi

Aut opulentiæ, teſtamentum conde, ego te interficiam

Ubi iterum redeo, ſi vacat. *Io.* Ha, ha, he, ego ſum ultione ſatur,

Non oblitus ſum felis quam in cuculio pro cuniculo poſuit,

Philander res tuas age cum *Cælia*, & noſter *Loiola*

Incluſus in antro *Trophonio* luſus faciet ludificabiles,

ACTUS.

Act. III. Scen. VII.

Scarabæus, Gaudentius, Laverna, Calia quasi Æthiops, Dromo.

Sc. SUsurrat mihi sinciput magno cum sonitu quasi tintinabulum
Esset in pericranio, *ding, dong*, quid si ego jam morerer, heigh-ho!
Tuber est colaphistorum caput, verum sentio una cum capite
Augeri quoque sapientiam, quippe ego has literas non ante;
Sed heram conspicor cum *Gaudentio*, nunc me efferam athletice.
Ga. Ha, ha, he, quanto fastu turgidus tuus incedit nebulo?
La. Scarabæe! hunc commovit aliquis. *Sc.* Ha, ecquis Gigas
Aut Centaurus me ad pugnam provocat? *Ga.* Metuendum animal!
Sc. Hera si sapis ignosce mihi delictum, quod è fortitudine meâ
Erupit modo, aut ego facile excandescam: si excanduero
Neque sexui, neque ætati pepercero. *Ga. Capitano Scarabæe* serva *Gaudentium*,
Obsecro. *Sc.* Nisi pecces ego exorari possum facilè.

La. Quid commisisti autem quod aram tibi & precatorem comparas?

Sc. Monsieur ille *Gallicus* imprudentèr me adortus est jurgio,
Sed ego depexi fumigantem hominem. *La. Michaelem* tractasti durius,
Qui mihi summus est, & me colit maxime? *Sc.* Alii fortasse
Sua facinora prædicarent, ego absti in eo grandiloquentiâ.

Ga. Ha, ha, quomodo hunc cæcidisti sodes? *Sc.* Imò tacere conducibilius
Habeo, quia nec jactantiam amo, nec mendacium.

La. Semper sanè pugnax fuit *Gaudenti*: Sed heus tu prodire face
Æthiopem quem emi hodie: *Sc.* Bellus est, ut in eo minas
Sexdecem impenderes. *La.* Tace. *Ga.* Sexdecem minas? ego viginti aureos
Numeravi: siccine bis binis me emunxti aureis?

La. Au, quæso vir optime, sexdecem minas solvi præmanu,
Quatuor post datura; Hem tibi pulchre emptum dices hoc mancipium.

Ga. Cætera non inelegans est, vultum præter, & nigredinem.

Drome, opportunè, quid *Philander* meus? *Dr.* Sanè here,
Annulum *Gygis* habet si in hac civitate ambulat.

Sc. Salve *Drome*, vir quidem maximus, sed *Scarabæo* minor.

Ga. Non

Ga. Nonnihil molesta sunt hæc, indiligens nimium est hic gnatus meus,
Nisi quicquid sit volo scire, & convenire hominem
Si apud forum. *Dromo* tuæ fidei hunc Maurum recipe,
Donec *Loiola* reposcat. *Laverna* hæc opera conciliavit te amicam mihi.

Act. III. Scen. VIII.

Laverna, Scarabæus, Philander, 3 bajuli.

VIdeóne bajulos aliquot hujus reipublicæ pedites?
O qui onera portatis, date semel mihi vestros humeros
Fœliciter, ad efferendum *Acheronta* odium meum,
In funus ultimum. *Sc.* Ea lege cum Gallo mercatore pugnarem iterum.
La. Quin vos cistam reperitum advenistis, quæ allata est modo;
Ubi est Epistola *Don Quixote della Mancha*? Sic, sic, scriptum elegans.
Scarabæe, est quidam cistifex in cœnaculo, quod ejus concreditum
Est diligentiæ producat jubeas; id enim reposcat institor.
Ego jam blanditias mercatoris perlegam, poli patrante oculo;

O quam

O quam liquescit hæc periodus? mercator, me miseret tui.

Audite hæc qui formam meam exauctoratam dicitis.

Et Cistam & animam apud te reliqui, voluptas mea:

Venustatis tuæ radiis incensa conflagravit anima.

Si Cista quoque flammam conceperit (quod veri quam simile arbitror)

Non sum importunus ut remitteres; utinam esset nidus Arabicus,

Thure & myrrhâ refertus, tum hos odores in igne liuaret

Lavernæ suæ, ejus Sacerdos *Don Quixote della Mancha*.

Per *Iuronem* ego lucrabor Cistam, & anathemata ecclesiastica.

Quæ inesse dixerat. *Ph.* Ecquid præterea nobis imperas?

La. Nihil, nisi quod amovere nolite hanc arcam bajuli.

Ph. Non est amovenda? quamobrem? *La.* Quam imperitè arguis?

Rationem quæris à fœmina? *Ph.* Non hoc est ferendum in libero populo

Mercatorem bonis expilari. *La.* Ha, ha, he, dicam mihi scribite.

Ph. Quid faciam? omne momentum temporis mensis est,

Quandiu *Calia* me expectat in penatum nostrorum larario.

Rapiamus.

Rapiamus hæc ſodes, nc nos pudeat hujus litigioſæ fœminæ.
Sc. Quid hoc eſt ſtercus? rapere & extorquere? capeſſite fugam
Si non teſtam habeatis, ſicut Conchylia apud ſcopulos.
Ph. Lues *Gallica* vos eradicet, & ſervum, & proſtibulum.
Sc. Servum, cadaveroſa facies? *La.* Non tam exucca ſum & vetula,
Quin adhuc amatores habeam, divitem oportet hunc eſſe,
Qui arcam tam politam in unum munuſculum potuit mittere.
Scarabæe quot dentes reliqui ſunt mihi? Conſule Indicem.
Sc. Octodecem cum dimidio, cum adæe primulum acceſſeram,
Tres tuſſiendo ejecti ſunt, duo cum volſellis præangoribus
Extirpati, duos exorpſiſti cum juſculo inter prandium,
Quatuor expuiſti vehementiſſimis apud *Martinum* precibus,
Reſidui ſunt opinor ſeptem, cum dimidio.
La. Nunc lauri erimus, quatuor in *Æthiope* lucratus ſum aureos,
Centum pro *Calia* tollam minas, cum *Martinus* hue obrepſerit,
Poſt ex hujus loculi viſceribus aurum fodiam.

Sc. St,

Sc. Sc, *Martinus* prodir, atque ejus bene pasta, & adipata religio.

Act. III. Scena IX.

Martinus, Laverna, Nebbia, Scarabæus, Mutus, Loiola.

Ma *Rogerus* Diaconus in eâ est hæresi duci oportere *Cæliam*,
Non obstante *Loiola*, ejusque cruce atque aquis lustralibus.
La. Quid narrat? Patrone, gaudium & festivitas
Hanc diem, & sequentes fœlicitant tibi; *Cælia* cor edit
Misera, certè est quædam amoris remissio hæc tarditas.
La. Papæ. *Mar.* Papæ! Num tu insanis serio?
La. Mi patrone
Est admirandi formula. *Mar.* Mulier nolo admirari Papam.
Intuere me potiùs, hæc crumena est centum minis gravida.
Duc me ad *Cæliam*, quæ olim erit gravida centum liberis.
Lo. Accipio omen; & fores obserabit tibi tua pedissequa.
Quid resilisti vir bone? non est canis ante ostium.
Ma. Dabo pignus febricitaturum me brevi ab exorcismis *Loiolæ*. *N.b.* Ec-

Neb. Febricitabis à crapulâ potiùs; heigh *Scarabæe*, tripudium
Erit apud nos, & nuptiæ! nuptiæ, hoc est mihi solatio,
Celia tam imbellis est, ut non possit castigare *Nebbiam*.
Sc. Quot futuri sunt apud vos tibicines puer? quot tibicines?
Neb. O, omnis fistularis musica est profana in nostris ædibus.
Sc. Tu tamen amicum tuum convivio intromittis *Nebbia*:
Ego reponam tibi in alio prandio, quando heram meam duxero.
Neb. Faciam sedulo; nihil edulii tamen spondeo tibi,
Sed artocream salutaris consilii, tres precum paropsides,
Quinque Concionum farcimina, & fortasse anserem,
Et gratiarum actio occurrit quoties sumis buccellam panis.
Sc. Gratiarum actio! in nostris ædibus primo Januarii
Simul & semel gratias agimus in annum sequentem.
Ma. Hui aliquis me oblevit *Cæliã*, & fœdissimum
Substituit spectrum. ô *Loiola!* jam sub tua crucc vapulo.
Lo. O si salvus ego hinc abirem vel amputatis auribus.

Neb. O

Neb. ô me! hæc eſt filia *Proſerpinæ*; *Sc.* Ubi ſunt tuæ nuptiæ?

La. O me perditam eradicitus! *Ma.* Redde mihi marſupium,

Non eſt æquum ut argentum pulchrum habeas pro obſuſco *Æthiope*.

La. Au, vir bone, ego excors & pavefacta abjeci omnia

Incaute, ubi obverram ædes fortaſſe reperiam marſupium.

Tu mala meretrix, cur conjuraſti ad auferendam *Cæliam*?

Mut. Mum. *La.* Quando intromiſſa es? cum Ciſtella? *Mu.* Mum.

Lo. Ah perdidit nos omnes *Quixote* ſucariſſimus artifex:

Ego elidam fauces quia te *mutum* fingis peſſima.

Ma. Audi *Laverna*, ſortaſſe *Mutus* aſſecla *Muſonii* mei,

Hanc *Mutam* intelligit: *La.* Delirum dicis, ut *Mutam Mutus* intelligit:

Scarabæe curre, fuge, pete fabrum aut malleum pondus habet

Hæc Ciſta, dividuam faciemus *Martinule* ejus opulentiam

Si aurum inſit. *Sc.* Hera, fures aperuerunt arcuſſam,

Non eſt clauſa. *La.* Inſpiciamus omnes igitur, oh occidi!

Sc. O, guttam ſanguinis non habeo! ô, eſt cadaver mortui!

Ma. In-

Ma. Interimus omnes, quanta patior propter amiſſam *Cæliam*?

Ne. Terriculamentum hoc eſt quidem Panicum, abſcedite vos,

Et ego inſiliam in Ciſtam. *Ma.* Minime, minime, fuge mi ne potule.

La. Scarabæe accede & inſpice. *Sc.* Mehercule non ego.

La. Experire aut excludam te in æternum è famulatu meo.

Ne. Phi timide lepuſcule. *Sc.* Adjuva me *Alcides*: rogabo è longinquo.

Eſne tu mortuus? non eſt mortuus hera. *La.* Unde conſtat tibi?

Sc. Dixiſſet nobis ſi eſſet mortuus: vide iterum, eſne mortuus?

Loi. Eſne aſinus? *Sc.* ô familiaris eſt mihi, vocat me aſinum.

Quid tu ibi agis? *Lo.* Utinam vos omnes ageretis in maris voragine.

Ma. Eſt maledicum animal: *Nebbia* habe animum præſentem & erue ſcelus.

Neb. Tacite, tacite, & ego offendam quiſquis eſt. eſt Jeſuita *Loiola*;

La. Sepeliamus eum obſecro. *Ma.* Aut faciamus vivicomburium

Loi. Eſtne cœlum & ſerenum? Quota pars *Hollandiæ*

Submerſa eſt in diluvio? unuſquiſque in Ciſtâ ſe obſepiat

Meâ edoctus prudentiâ, quia frater *Iodocus*, neque qua frater,

Neque

Neque qua *Judæus*, sed qua Astronomus ingens prædixit diluvium.

La. Euge mi vates! vaticinare nobis ubi sit *Cælia.*

Loi. Obmergetur *Cælia* in diluvio & tu suppositum quisquis es:

Et tu individuum vagum, nisi occludatis vos illico,

Ubi rima non potest hiscere. *Ma.* Nullam nos diluvium obruat,

Nisi aquæ tuæ lustralis phiala has ædes madefecerit iterum:

Non respondes ubi est *Cælia*? *La.* Aut quis ait ille sacrilegus

Don Quixote qui suffarcinavit Cistam his mercibus?

Loi. Glomerantur nubes, cornix crocitat, venti australes obmurmurant,

Ingens diluvium prævenient: fugiamus non remissis,

Sed intensis gradibus, ut loquuntur Scholastici. *Neb.* Perfugium paras?

Sed arundo alas verberat. *Loi.* Mitte me puer aut pereo elementaliter.

Ma. Tolle hanc furiam *Scarabæe* in speluncam aliquam,

Consilii nihil pectore quit consistere, dum adest papicola.

La. Rectè judicas; quare rape sublimem hominem; ego post aut *Cæliam*,

Aut oculos extorquebo triveneficio. *Loi.* Hoccine mei ordinis viro? Non

Non est Crimen simplex sed reduplicativum, ut loquuntur Scholastici.

Sc. Duplicativum? ego duplicibus te constringam vinculis.

Loi. O sacer *Jodoce*! nihil unquam bibas præter urinam Diaboli.

Ma. *Nebbia* affer aliquid thuris cum thuribulo ut perpurgemus cœlum

De fætore Jesuitico; tu vero quid auxiliaris mihi in his amoribus?

La. Mala merx Æthiopissa, nos evasit interea, sed ego

Indemnis ero, aut interficiam *Loiolam*. *Ma.* Esne oblitus *Cæliæ*?

La. Mi patrone nihil minus, nam nunc subit hujus fallaciæ

Telam retexere, *Æthiopem* quisquis fuit veterator, recepi hodie

Domum, sed commutatis vestibus, rem adornante hoc *Loiola*,

Cælia facta est *Æthiops*, vultu in dolum ficto, & composita

Nigredine, hac luce certius meis manibus *Gaudentio* vendidi:

Pertentato *Gaudentium* ni apud eum jam sit mas *Æthiopicus*.

Ma. Revera non est impossibile, ego enim somniavi de Gallinâ tuâ

Et meâ Carbonariâ, perinde ac si diceres de *Cælia* & *Æthiope*;

Tu me adjura apud *Gaudentium* obsecro. *La.* Prius sine me

Forum

Forum curſitare, ut Muram inveniam, quæ ornatum *Celiæ*
Convaſavit & abiit: quâ comprenſâ redeo in nictu oculi.

ACT. III. SCEN. X.

Martinus, Gaudentius, Nebbia.

Ma. HEm puer! adveniſtin' cum thuribulo? Et ipſe quanto zelo ardeo,
Ut fumos quaſi juniperi excitem? *Ne.* Vehementiſſimè precor,
Ut acer deſæcatus ſit tibi avuncule. *Ma.* Tace *Nebbia*,
Aer eſt res inanima & non eſt orandum pro mortuis.
Ga. Ha, ha, hæ, *Martine* cui hoc thuſculum ſacrificas? *Ma.* O *Gaudenti* ſalve,
Expurgo hanc noſtram vicinam odoribus ab olente *Loiola*.
Ga. Stercoravíne in pl. teis? *Ma.* Minime ſanè, nunc impeditus eſt
Vinculis apud *Lavernam*, modò tenebrio in Ciſta latuit.
Ga. In Ciſta? *Ma.* Et calliditatibus profanis ſuffurari ſunt *Celiam* meam.
Ga Quid tuam? Ha, ha, capiamus alaudas, cœlum ruat, ſi tu ſis in amoribus.
Ma. *Gaudenti* ſi vicinitas & clementia tua unquam cuiquam erant Præſidio,

Præſidio, ſuccurre mihi. *Ga.* Mene vicinum & clementem appellitas
Nihil nego, ea lege ut ne ſis monitor mihi cum robuſtè rideo.
Ut non rideat *Gaudentius*? ſvah non eſt Dæmon niſi triſtitia.
Ma. Faſcinabis me beneficio tuo, quid vis imperabis ſi *Cæliam*
In poteſtatem meam reddideris. *Ga.* Whoo! num poſſem quod nuſpiam
Eſt producere? *Ma.* At aliovorſum ſane quam tu exiſtimas res cecidit.
Ga. Qui pote *Martine*? *Ma.* Hujus Jeſuitæ tendiculis allecta eſt *Cælia*,
Ut marem ſe & *Æthiopem* ſimularet ementito habitu,
(Quamvis quod ſimulare poſſit, ego impenſius eam depereo)
His fraudibus cooperta, tibi hodie pro *Æthiope* provenditur.
Ga. O dio! ecquid alba gallina te peperit? mentiris graphicè.
Ma. Ego mentior? *Ga.* Simulaſti forſan. *Ma.* Simulare poſſum ubi opus eſt,
Sed qui dicit me mentiri. *Ga.* Non pugnabis. *Ma.* Non uno verbo mitigor.
Ga. Age, age, depone aliquam pecuniæ teſſeram, ſi meus *Æthiops*
Cælia ſit, duplum reſtituam, ſi fingis ego lucrabor integram.
Ma. Æquum poſtulas, niſi lena id unum ſtuder ut ego peream.

ACT.

Act. III. Scen. XI.

Jodocus, Mutus, Gaudentius, Martinus, Philander, Laverna.

Jo. QUæ confabulati sunt senes audivi omnia; nec sine summo metu;
Sed nisi *Gaudentius* nasutior sit, ego aliam habeo *Cæliam*,
Quam *Martinus* somniat: nihil unquam factum concinniùs.
Accurrit hic *Mutus Musonii* unguento deformatus & fuligine
Devestitus cum mulieribus, ut ad se redire possit *Cælia*:
Optime, hic erit *Æthiops* & *Cælia* de quâ senes litigant.
Ga. Jodoce frugi homo es; Sed quid factum est *Loiola*? *Jo. Loiola*?
In templo fortasse Oratorio. *Ga.* Ha,ha,he, Captor captus est in vinculis,
Jodoce, & *Lavernæ* custodiâ. *Jo.* Reverendus pater *Loiola*?
Ma. Tuque utinam atque ejus Complices essetis in abysso enecti fame,
Postulamus eum plagii, vitam luet, nisi restituat *Cæliam*.
Jo. Tace tu, ego rutam & sinapi zeli tui mitigabo pulegio,

Virginem

Virginem hanc mirifice fucatam reperi. *Ma.* Quid ais omnium?

Ga. Logi, logi, pergat quæso. *Jo.* Incomptam ſuccinctam viriliter *Æthiopicam*?

Ma. Accedo tribus paſsibus ut melius dicas, hæc omnia non ſonant fabulam.

Jo. Gaudentio ſe concreditam eſſe ait pro mancipio *Loiolæ*: ficeine luſum eſt?

Ga. Ne dimovear ſi non rectiſsime verum: an inveniſti virginem?

Jo. Apage te, ubi tu ucſtos ejus aberas, proripuit puellula,

Ut ad parentes ſuos in Galliam iter faceret. etiam cernite,

Quem exitum habeat hæc hiſtoria: eccam tibi ſub nube *Cynthiam*.

Ma. Ah, meum ſuaviolum! cur obnubilaſti pulchritudinem?

Laverna tunc præſens eras? Jamne agnoſcis mel meum meam *Cæliam*?

La. Mi patrone, quando auſpicato tibi contigit gaudeo.

Ma. Execrandus ille Monachus reduxit meam errantem *Venerem*.

Ga. Eſtne meus ille *Philander*, qui feſtinat in tranſitu? Ipſus eſt,

Sine dubio eſt is qui turbavit hæc omnia. Ego commiſi ſimilia;

Sed cogam eum ut invigilet libris quod reliquum eſt diei hæ

Martine vale, obverre hunc caminum, barbam habes prolixam ſatis.

Gene-

Generosum vinum: Jocus, sales, histrio, hæc sunt oblectamenta *Gaudentii*.

Io. O si lena non haberet oculos; nisi illa lippiat,
Intercluſum est mihi oppido saluris effugium.

La. Væ tibi *Jodoce*,
Hoc lutum est non *Cælia*. *Io.* Ne gru obsecro

La. Immò erit
Quam *Martinus* eam vocaverit, potius quam restituam auri scrupulum?
Cur non nuptias cogitas? ne cum novis cruciatibus hæc rursus avolaverit.

Io. Ego te conjungam *Cæliæ* prout Sacerdotem decet, si drachmam dederis.

Ma. At ego tres Concubinas mallem, quam tu unam mihi necteres copulam,

Laverna, marsupium meum quod incautè abjeciſti pavida,
Ubi ad ingenium rediiſti rursus repete, ineſſe oportet hujus *Cæliæ*
Pretium; arculam quoque bajulo fac tradas cum apparatu fœmineo.

La. Nihil recuso quicquid vir optimus imperat, vale monache,
Parabitur tibi equuleus si vivo. *Io.* Cum ipsa sis in eodem scelere.

Ma. Ingredere nunc *Cælia*, quid reluctaris juvenca suaviſſima?

Io. Cancro! Ubi est ille mercator nobilis *Don Quixote* lena qui te amat?

Martinule qui nubem pro Junone amplecteris, ubi est tua *Cælia*?

Philander id accuraſſit: at ubi eſt meus particeps in omni ſcelere

Loiola? In vinculis? fraterculorum & Cœnobii ludibrium,

Scire vis quid agat *Jodocus* tuus? rider.

ACT. IV. SCEN. I.

Martinus, Laverna, Nebbia.

Mar. INcolere hanc domum amplius ſiquis me obſecret nolo,

Bonis legibus, & exemplo civitatem amplius regere nolo.

Valeat *Zelus*, & *Rogerus* diaconus. Sanctus eſſe nolo.

Heus *Æthiops*, ſublectus *Æthiops*, non eſt *Cælia* ſed Furia.

Infœlix ſponſa, quæ divortium fecit me inter & prudentiam.

Oſculum rogo, involavit in faciem: amplexum cupio, calcibus

Reſpondet & pugnis: Quid inquam tantum diſplicui?

Nequeo exorare ut verbum expuat, ſed *mum, mum*, quid faciam

Si elinguem duxero? pone eam loqui poſſe, & objurgare poſtmodum,

Quæ jam inſanit adeo, erit tum omni bellua protervior.

Heus exi *Laverna*, quæ nihil vendis cuiquam præter miserias.

La. Cuja vox? ah mi homo sanúsne es? quid te reddidit

Tam inordinatum? *Mar.* Restitue mihi mentem cujus naufragium

Feci; tum produce aurum quod accepisti, centum minas.

Verba dedisti pro auro, stultitiam pro mente, *Æthiopem* pro *Cæliâ*.

Lav. Siquidem hoc non esset obloquium, prout matronam decet,

Erubescerem sanè. *Mar.* Sanè? maximè tum ægrotat veritas,

Cum illud sanè increbrescit in sermonibus. ego jam pandam mysteria.

Sanè? jurabo per Jovem, nisi hoc damnum in integrum restituas.

Lav. Quid vis? *Mar.* Jussisti me *Æthiopem* à *Gaudentio* petere? annon?

La. Jussi. *Ma.* *Æthiopem* hunc à *Iodoco* recuperatum monacho,

Dixisti esse *Cæliam*? annon? *La.* Censui. *Ma.* Laceratus sum manibus,

Et facie, annon? *La.* Eccastor aliquantulùm. *Mar.* Hæc fecit *Æthiops* tuus.

La. Portenta prædicas. *Ma.* Extrusit me ex ædibus, mussit mum, nihil aliud

Loquitur, nec precari potest nec benedicere. *La.* O incredibile!

Mar. Præsagiebam hodie, cum *Loiola* in has ædes sympham canonicam

Aspe

Aſperſerit, vægrande aliquod ex abyſſo proventurum dæmonium.

La. Introeamus mecum, filum hujus erroris aut indicabit *Loiola*;

Aut pellem ei magis maculoſam dedero quàm tergum damulæ.

Mar. Salus meliora! ad *Loiolam*? baſiliſcus eſt, gladium gerit & pugionem in oculis,

Quin fluvio eum lavare melius eſt, quod vaticinabatur diluvium.

La. Quin ſi pavor & ſuperſtitio te à *Loiola* prohibent,

Eamus ad te, faxo ut ne albis dentibus nos derideat *Æthiops*:

Malâ mercede *Mutum* ſe profitebitur; ego inteſtina conſulam.

Ma. In iſtas ædes, ubi monſtrum ſit totius *Africæ* noviſſimum?

Vendam potius jus omne, & fugiam in deſertum *Arabiæ*.

Porrige mihi tædam, da mihi flammam & facem:

Commoda mihi lychnum; ego incendam hanc domum

Una cum filia & familiâ universâ, ut me ulciſcar ab hoc *Æthiope*.

O mea *Cælia*! *La.* Mi homo! præter ætatem inops es conſilii.

Mar. Tace lena; ſive concilium ſit provinciale, ſive œcumenicum,

Vo plumâ habeo, ſed nugas agimus, redde argentum mihi.

Mille facies in argento candidiſſimas reperiam, nec unam *Æthiopicam*.

La. Manta modo, & montem tibi aureum, *Cæliam* tuam polliceor.

Mar. Redde inquam argentum, haud moror.

La. Sed ſubolet mihi

Hujus *Jodoci* machina, neſcis quale faciamus lucrum operæ

Noſtræ, ſi proficiſcamur ad *Gaudentium*. Sanè lætus exibis à *Gaudentio*,

Aut argento potitus, aut *Cælia*. *Mar.* Id autem ſi polliceberis, obſequor.

Nebbia producè ornatum meum, quo proficiſcendum eſt foras.

Poſt ejice illam umbram barathri cum bovinâ facie.

Perde omnia muta animantia, canes, feles. *Neb.* Pulices.

Mar. Diſperge eorum cerebrum. *La.* Propera *Martine*, ego per hortuli

Poſticam præibo, ne infamiæ meæ nomen *Gaudentio* officeret.

ACT. IV. SCENA II.

Martinus, Nebbia, Mutus, Cælia.

Mar. EGo priſtinam vitæ meæ conſuetudinem ſuſpectam habeo,

Tantis ſum ſemper obnoxius ludibriis, age, ag

Omn

Omnis siccus & sobrius est asinus. quis homo respondebit mihi?
Tune vis? propino tibi decem calices. ecquis ad aleam?
Me vocat? præsto sum. pone argentum tuum, ego periclitabor
Triginta *Philippicos*. quid si plumam emerem & capaciores caligas? Ha, ha, he.
Cæl. O crux amorum? introiit *Laverna* in hortum *Gaudentii*,
Ego par arundini fugio. ædes valete, spectra vos frequentant.
Sed si *Martinus* his obambulat? nulla sum. Etiam ante ostium
Circumspectator est. nisi hic hebetior sit, periisti *Cælia*.
Mar. Oime, unde ortus est hic cacadæmon minorum gentium?
Siquidem missus sis quia profana meditabar, potationem & aleam,
Simulabam sanè. *Cæ.* Um. *Mar.* Eloquere. *Cæ.* Um. *Ma.* Non credideram
Gelu & pruinam apud inferos fuisse, nisi apud *Russiam*
Aut *Lapponiam* frigus contraxerint, & inde facti sunt semivocales dæmones.
Neb. Discede cum susurris tuis. heus etiam restitas carnifex? *Mu.* Um.
Ma. Nebbia ecce vero alterum: intuetur torvum quoq; cum fuliginosâ facie,
Visce taciturnior est, alter & idem, non ficus ficui similior.

Neb. Quî vocatur? *Mar.* Ego non ausus sum aut nomen aut gentem quærere.

Neb. Unde proficiscitur? *Ma.* Credo ut sit è subterrancâ voragine.

Neb. Maure quid tibi est negotii? *Cæ.* Um. *Neb.* Eradicet te *Cerberus.*

Neque linguam nostram, neque aliam loqui solet; cer è mollis est ei caro,

Ut puellarum solet; here appellemus hosce pro presbyterio,

Caliam si productam cupis, hi fatebuntur *Æthiopes* arioli.

Ma. Non pro aurifodina Perusiâ: nam patrocinabitur eis presbyterium.

Fieri potest ut filii sint pastorum qui damnantur silentio.

Neb. Facile id existimo. *Ma.* Quin fortasse Iar iste accersitum venit.

Collegam suum: fruantur se invicem dum nos festinamus ad *Gaudentium,*

Aut nemo hominum, aut ille repulsos amores meos in integrum restituet.

Cæ. O amor lepidissime quàm ingeniosas fœminas facis?

Adoritur me *Martinus,* & statim tacendi astutia

Obversatur animo. tu Mute quid egisti? quorsum harum ædium relictio?

Mu. Um. *Cæ.* Um- sed tu finem respondendi fecisti cum oraculo Apollinis,

Cave tibi à verberibus puer, mel meum *Musoni,* verecundiam

Et

Et vestitum, quem propter te deposui, tecum una apud *Bauciam* repeto.

Actus IV. Scena III.

Mutus seu *Faustina* sola.

O Amor, amor perdite! rumpe hoc pectus & silentium simul.
Ebullit cordis vasculum, fervidi exultant latices,
Non capient hæ angustiæ, volet in auras vapor.
Abiisti *Cælia*? quin respice me nympha pulcherrima, *Faustina* te
Appellat, obtestatur, obsecrat, ut *Musonii* amoribus pectus occludas tuum.
Quid respondes *Cælia*? pergin' me protervia & sannis ludere?
Hem quo redacta sum? quot in me monstra coeunt? mutus sum
Et loquor, vir & fœmina. *Faustina* & nihil. *Cælia* oblivisci mei
Potest quâcum dormivi centies: quin utinam obliviscar mei.
Musoni! pro re sprevi modestiam fœminæ, ut tu personam
Amplectaris quam exui. Ah *Cælia*, conde formosam faciem,
Quæ tanti luminis facit eclipsin mihi. *Musoni* pro re vocis

Occlusi organum, tibi damnavit linguam longa taciturnitas,
Nec te offendet hæc lugubris næniа; sola profundam gemitus
Atq; infausta moriar. egredere anima cur moraris in corpore?
Quæ mihi placuit partum, *Musonio* minùs.
Viciſti amor perfide, ſic decet, ego & fortuna ſecedimus.
Infœlix *Fauſtina*, ſtulta ſimul & improba,
Dulces amicos fugere, funus pro thalamo ſequi.
Quam vis amoris me parum, ſtultitiæ multum pœnitet.
Exequias nullas moror: hæc triſtis, diſcolor & obſcura facies
Loquetur viatoribus, pluſquam in marmore inciſum epitaphium.
At vos fidiſſimi ventorum Zephyri morientes voces ultimas
Deferte *Muſonio*, pro quo in lachrymas liqueſacta morior. *Oi me!*
Ai ai! in amoris vere nata ſum, in bruma occidi. ſiccine me *Muſoni*?

Act. IV. Scen. IV.

Muſonius, Fauſtina ſemianimis.

Mu. QUos ſibi fingit gemitus inquietus ſopor?
Quis nomen lamentabile *Muſonii* proculit?

Sequor

Sequor quocunq; lachrymæ & luctus vocant.
Adſum triſtitiæ ſatur : quid hic reclinat humi?
An ſecum loquitur? an orco narrat fabulam?
An dormis quiſquis es? an æternum dormies?
Quid eſt? truncus juvenis, & ſcelere occiſus impio?
Atratus etiam, fati prænuntius ſui? ah mœſtum ſpectaculum!
Quis niger hic eſt incola nigrantis domus?
Nunquam latebunt diu homicidæ manus.
Ultra quàm lux irradiat vident ſuperi,
Nec cœli tantum Solis oculo utuntur. contremiſco artubus
Quo magis enim video, notiſſime & dilectiſſimi
Vultus imago tacitè hoc pectus fodit, cor quid palpitas?
Quid video? genas dolore marcidas, & in carpo dexteræ
Cerafi labecu'am? occidi! non video, ſpectabo iterum;
Formidoloſos oculos fallit ſomnolenta inquies.
Hei mihi fron em, & notos crines; Mute, mors, cœ um, *Cælia*,
Omnes ſodales uno momento perdidi.
Dulce cadaver ſiquis ſuperſit calor,
Extremos ſpiritus hiſce commictas labiis.
Omnis deceſſi profugè. O nunquam verè *mutus* antea!
Quem tu læſiſti verbo miriſſimum caput?

Poteram oſculari millies, millies anima mea &
rurſum millies.
Age enſis, amoris finem ſolves & infortunii.
Amicis poſthumis junctæ ſolamen necis
Eſt perjucundum, ſed prius authorem ſceleris
Offeram defunctis manibus. *Philander*, ubi es
Philander?

ACTVS IV. SCENA V.

Philander, *Muſonius*, *Fauſtina*, ſemianimis.

Ph. TUn' eras *Muſoni*? indixit mihi hodie ne
egrederer pater:
Ignoſcas iraq; ſi non deſcendero. *Mu.* Nugæ: verba non audio.
Ph. Ecquid ſicarii periculum intentant tibi? cur gladium
Vaginâ vacuum minitanter tenes? *Mu.* Ah non ignoras ſcelus?
Geſtit hic gladius condi viſceribus tuis.
Hic. *Mutus.* Mors vide! ſaxum, non homo perfide.
Ph. Mirari me facis geſta tam incompoſito, nimia ſolitudo
Vitiavit cerebrum, ſomnus forſan hanc ægritudinem adimet.
Mu. Etiam ludos me facis? duplex eſt crudelitas,
Duplex injuſtitia, ridere miſerias, & feciſſe miſerũ.

Stringe,

Stringe, prodicur tu & ego amplius dicemus?
Non eſt par hominum uſpiam infœlicius!
Vel quod tu occidiſti puerum tam caſtis moribus,
Vel quod tam caſtis moribus occidit mihi puer.
Phi. Quæ ſunt hæc ænigmatum involucra? quem tu perdidiſti?
Aut quemnam ego perdidi? *Mu.* Vitæ dimidium meæ.
Phi. Procul à me ſit homicidium. *Mu.* Procul homicida mihi.
Sin in exitium tui ardor cum vindex dextera,
Deſcende. *Ph.* Pater prohibet. *Mu.* Non patitur ſcelus,
Non conſcientia tanto flagitio ſaucia.
Phi. Erras amice per Deos. *Mu.* Amice? monſtrum, tigris, bellua,
Stringe, deſcende perfide. *Ph.* Ædepol protrudit me contumelia,
Tametſi amor noſter à pueritiâ revocat. *Mu.* Amoris ego prorſus
Obliviſcor priſtini, & ſuccedit odium quam amor fortius.
Homicida, ſiſte coram hujus enſis tribunali.
Ph. Muſoni adeo.
Mu. Sed fortiter, hoc me ſpectaculum animoſum faciet.
Vix apud me ſum, duplex flamma ſic pectus uſtulat.
Ardor amoris in *Cæliam*, ardor in *Philandrum* odii.
Parcite manes dulces, vobis dum fiat expiatio,
Non vacat lachrymas ſed ſanguinem effundere.

Irruunt in

Irruamus, quid stas? attolle promptus ad cædem manus.
Quantum perfidiæ fronte quàm serena tegis?
Ph. Musoni, & amice quantumvis nolis, reprime leoninam rabiem;
Deliberemus paululum. *Mu.* Non: hoc ictu cor transfodiam.
Ph. Ne sis impotentis animi, & barbaræ sævitiæ. Per amorem *Cæliæ*
Dic, quid incendit animum. *Mu.* Per amorem *Cæliæ*! obsequor.
Enses repone super hunc terræ cumulum, cadaver mortui,
Ut resumendi ad pugnam prompta sit occasio. *Ph.* Age.
Mu. Repressi iram, redii, mitto maledicta omnia.
Ph. Humanè facis. *Mu.* Pactum inter nos hoc fuit,
Servum cum ex usu tuo duxisses meum. O beata anima!
Sed hunc per amicitiam nostram quod obnixè petebas
Tradidi. *Ph.* Factum sit non nego. *Mu.* Unica cautiuncula
Intervenit liberè ut tractares sicut generosum juvenem.
Ph. Dixisti probè. *Mu.* Dictum probissimè, sed factum pessimè.
Tradidi delicias meas, atq; eccas, eccas quo jacent loco!

Sic

Sic ſoles paciſci? pulchrum & venuſtum tradidi,
Truncus examinis, umbra exilis reſtit.
Ph. Oderitne omne gaudium, ſi non vehementer
hoc factum doleat.
Mu. Pigeat feciſſe potius, quam factum doleat.
Ph. Aut ſi me conſcio factum ſit, ſim mortalium
miſerrimus.
Mu. At non iniiſſe pactum oportuit *Philander*
priùs,
Aut ſemel initum ſervatum melius. O fœdifrage,
Jam pugnemus. *Ph.* Fidem ſuperûm, nequeo, adeo
me fodicat
Inopinus caſus, ut pæne in marmor abeam.
Mu. Hic cape ſis machæram,
Aut ſimulatæ mentis ruam in penetralia.
Ph. [illegible] tu cape ſis; etſi te furor provocat, ſup-
plicium ſumito.
Mu. Non deſidero, neq; eſt vindicta dignum in-
cruente vincere.
Ph. Age *Muſoni*, ſtupor me adigit cum furibundo
furere.
Mu. Nonne ſimulator es *Philander*, & *Proteo* ſi-
milis?
Ph. Egon' illa ſcelera in fronte præfero? *Mu.* Non
ſi genus narraveris, & cauſam necis.
Ph. Cum ignariſſimis ſcio, faciem hoc mane ni-
gredine deturpavimus
Ego & frater quidam in *Lavernæ* ædibus, puellæ
habitu
Compoſitum reliquimus. quid factum ſit poſtea,
dicent egelidi manes

Cum

Cum levis umbra fueris. *Mu.* Sed quorsum detur-patio?

Aut in istis ædibus? *Ph.* Hæc omnia prout hostem decet, in offensam tui

Oggeram, pellicienda fuit *Cælia* ex hoc gurgustio:

Tum munienda est hujus fraudis per *Æthiopem* commoditas.

Hujus puerili chlamyde, quam adduxit secum, *Cæliâ* propipuit.

Mutum verò, quia nihil palam eorum divulgare potuit,

Securum, nihil mali commeritum apud *Lavernam* reliquimus.

Mu. O fatum, amor, conjuratio! ad abducendam *Cæliam*!

Genium lubentiæ instruis in perniciem domini!

Tune formosam audes deperire *Cæliam*?

Age, evellam ex hoc infido pectore amorem *Cæliæ*.

Ph. Si isthoc doleant oculi pugnemus, ardeo amore *Cæliæ*

Pro *Cælia*. *Mus.* Pro *Muto* & *Cælia*. *Clash.*

ACTUS IV. SCENA VI.

Cælia, Iodocus, Philander, Musonius, Faustina semianimis.

Cæ. HOc erat *Æthiopis* blandimentum? hæc libertas mea,

Ut

Ut essem tibi pellex omnium spurcissime? *Io.* Oh ego athletas hujus video
Cum districtis ensibus. *Cæl.* Ah me miseram! cor & jecur meum!
Rivales gemini vibrant lethalem chalybem in alterius necem.
Heu cohibete hos amentes impetus: centum mihi dolent vulnera.
Mus. Ecce numen præpotens; *Cælia* duellum junxit, diremit *Cælia.*
Cæ. At enses recondite, quos dum micantes video, nec abire me
Amor vestrum patitur, aut metus fœmineus sistere.
Mu. Parcas nolenti cor meum, parcas *Musonio* tuo,
Hoc telum vindex mordicus ad mortem teneo.
Cæ. Ego te insanum odero, si me præsente cutem perstringas cuipiam.
Quomodo te læsi? cur hoc irarum primo æstuavit pelagus?
Mu. Ah *Cælia* fel biliosum, & jecur amantissimum
In me duellum faciunt dum pugnâ reprimor; sed tamen reprimor.
Cæ. Quæso *Musoni* fontes dolorum & vindictæ aperi:
Ego quod fœminam tui amantissimam æquum est facere faciam.
Mu. Ausculta *Cælia.* non prius tactus sum raditis vultus tui
Quàm mox rivalis mihi factus sit senex pater:
Patri non advorsari primum me jussit pietas.
Facile erat officio cedere, sed non amori facile. te amo,

Te

Te depereo, sed tacitè sine restibus hanc pulchritudinem
Veneror. inde consortium fugio, & inde millies morior,
Post, adeo sepultus sum languore solitudinis,
Ut spectra, quæ fingit animus, animum excutiant propè.
Ca. O dulce ingenium! *Mu.* Consortem sortis adeo adversæ & malæ
Operosum est quærere, tandem inveni tamen.
Viden' hoc cadaver *Cælia*? hoc nihil viden'? elinguis ille puer,
Sed cujus suspirium & anhelus gemitus omni facundia
Me demulsit magis, hic ante mensem factus est obviam mihi.
Excipio cupidè quasi non natum sed dimissum cœlitus.
Auditor ut esset simul & celator mali. hodie
(Non nominandum hodie) ille sub amici larva sodalem accepit *Manum*,
Accepit vivum *Cælia*, & umbra redditur.
Ca. Enimverò *Philander* quid aliud potuit Scytha gladiator perfidus?
Vitam illius curandam dedisse tibi, & neglexisse adeo?
Phi. Ita tu me ames, ita me foveat solis & syderũ splendor,
Ut me invito congerit; ædepol ignaro. ecquid vis amplius?

Dolente

Dolente plurimum *Cæl.* Pone inopinum casum
te gravatè ferre,
At oportuit curatum, ne quid propter fidem da-
tam pateretur mali.
Ph. Ah mel meum! cur tam iniqua mihi es? tam
facilis tibi?
Cæliam ut abducerem ab orco leonis, puerum
incautè perdidi.
Cæ. Incaute & propter *Cæliam*? parcas *Musoni*
obsecro.
Mu. Perfidè ad abducendum *Cæliam*? hoc nun-
quam obsecres.
Attolle telum. *Cæ.* Clementèr facite, hic prius
mucrones condite,
Quàm ut ex me ortæ sint tantæ amatorum tra-
gœdiæ.
Mu. Da veniam salus mea; ne quod non facerem
lubens,
Cæca furore dextera de improviso faceret.
Ph. Fuge formosa, læsa pro me fides pugnat &
innocentia.
Cæ. Imploro, genuflecto, obtestor, & per has
lachrymas obsecro.
Ph. Surge dilectissima, & per has lachrymas
surge.
Mu. Philander eamus à planctu procul, & ejulatu
fœmineo.
Cæ. Prius *Musoni* puerum sepulchro tradas, tan-
tisper mane.
Mu. Mea vita, vindicandi nunc est & non hu-
mandi otium.

Sepulchro

Sepulchro quiſquis indiget cœlo tegitur.
At ſi duelli fatum immittat hanc orco animam,
Hoc votum eſt *Cæliæ*, memet & hunc puerum una
nos urna claudier.
Ph. Eamus *Muſoni*. *Mu.* *Philander* lubentiſſimè.

ACTUS IV. SCENA VII.

Loiola, Cælia, Fauſtina.

Loi. QUotieſcunq; proſpicio in hanc viciniam, non datur vacuum.
Aliquis curioſus ſemper ſe ingerit his feneſtris ubi deſilire ſtatuo.
Cæ. Valete ocelli mei, cui veſtrum aperitur vulnus, in illa latebrâ
Omnia recondam gaudia. citius veſtri ſanguinis
Vel guttula me obmerget, quàm aquarũ oceanus.
O *Cupido* quid amavi miſera quod non ipſe juſſeras?
Tantumne ſcelus fuit lupanar fugere, ut in has ærumnas ruerem?
Idcirco *Muſonius* occidet ſi *Philander* non amabitur,
Idcirco *Philander* interibit, quia depereo *Muſonium*?
Fau. Ai me! *Cæ.* Infortunatus quiſquis es, neſcio cur impedior, ut graphio
Cadaver tuum non ubiq; foderem. apage te, hujus anſa diſcriminis: Ego

Ego cum larvis, ni pietas reclamaret, luctarer imò probè.

Fau. Muſoni ubi es? ô fœliciſſima in illo conjuge *Cælia*!

Cæ. Cælia? an me egelidi manes accuſant, quod pede terigi?

Etiam movet cubitum; quænam impoſtura hic reconditur? horreo.

Fau. O *Muſoni*! non me decet obmuteſcere amplius.

Languor me monet teſtamentum condere, proin omnis infortunii,

Cujus ego abundè ſum particeps, te exhæredem facio.

Cæ. Hei mihi peſſime! mutum ſimulavit ſe, jam clarè loquitur,

Quid monſtri alit? quas tu dediſti lites ſimulata nece?

Fa. Um. *Cæ.* Etiam mutire incipis; impoſtor circulator, perfide?

Fa. Um. *Cæ.* Quas novas technas incipis buſtirapa? aut loquere,

Aut linguam & oculos tibi evellam ſurcifer. quid ais?

Fa. Quid dicam? amor & luctus invicem me *mutam* faciunt.

Adeone duriter *Cælia Fauſtinæ* ſuæ?

Cæ. Fauſtina ubi eſt? ô virgo chariſſima mihi! ô infœliciter perdita!

Fau. O *Cælia*, perdita infœliciter quam prope eſt *Fauſtina* tibi?

At

At ah quam procul? *Cæ.* Tune *Fauſtinam* noras? ubi ſit,
Quod illam nominas? *Fa. Fauſtinam* perinde ſcire docta ſum,
Quantum tu *Cæliam* noſcere. educatæ eratis ambæ in ædibus *Michaelis*
Pariſienſis civis. *Cæ.* Veriſsime. *Fa.* Ab illo *Laverniæ* traditæ.
Cæ. Quam te eſſe dicam quæ res *Fauſtinæ* meæ, meaſq; noras memoriter!
Ah *Cælia* aut placide & benevole audias aut extremum loquar.
Fauſtinam ſi ex animo amiſſam ploras, en ipſam tibi.
Adeon' ignotæ tibi ſunt hæ labeculæ? *Cæ.* Per *Venerem* ipſa eſt.
Ah pectus humaniſsimum quorſum à nobis fuga? ubi egiſti diu?
Quid veſtitus mutatio? loquere plorabunda virgo.
Fa. Cælia eloquar, tam refert ut tu audias & ut auditis faveas.
Cum *Michael* mercator lenæ nos vendidiſſet parvulas;
Civitas utriuſque formam laudavit, tua venuſtas maximè erat
In ore omnibus. *Cæ.* Hem oſculum, mea *Fauſtina*, mitte has laudes obſecro.
Fa. Primo *Gaudentii* filius *Philander* ſuaviſsimo ingenio,
Poſtea *Muſonius Martini* ambo depereũt *Cæliam*.

Et

Et ut erraret amor labyrintho triplici, ardet *Martinus* senex.
Interea temporis (ah me) acum in hoc pectusculo
Veneris infixit puer;
Satis hercle infœlicitèr, idem me torret qui te torrebat amor.
Cæ. *Musonium* amasti! nam quæ *Musonium* non amaret *Cælia*?
Fau. Quid ego interim, dum te rivalem adeo præcellentem habui,
Nulla possidendi spes est, id intima mihi rodit viscera.
Dulcis *Musonius*, *Martinum* quia patrem rivalem habuit,
Heu nimium pius obstitit amoribus, sed inquietum stupor
Invasit validus, ut lucem vitamq; odisset atq; omne sodalitium.
Cæ. Cæteum ad fortunas tuas descende obsecro.
Fau. *Musonius* hoc unicum
A patre petit, ut clinguem assectam ejus mercetur usibus,
Sed causam patri simulat. *Laverna* emundo præficitur,
At nullum emitur. hic audax amor memet, personam ut muti caperem,
Suadet, commasculavi animum & vestitum simul.
Bruxellas fugio, post tres menses mendicans ostiatim caput *Martini* in domum.
Tristi *Musonio* factus sum clinguis comes. Fal. hime!

Cæ. Ter

Cæ. Ter fœlix *Fauſtina* nunquam amoribus aberas.

Fa. Sic eſt. at in amoribus *Cælia* profeci nihil.

Te amat, te miratur, te ſomniat, te cogitat pulcherrima.

Ah ſiquid dura ſervitus & longa meruit, ſi amor fidiſſimus,

Aut ſi profundi gemitus, ſi lachrymarum fontes, ſi vitæ periculum,

Linque *Muſonium Cælia*, linque ut me unam amet.

Cæ. Liqueſcit anima: ſed cordis centro infixus eſt *Muſonius*.

Magnum eſt quod petitur, ſed ſi te memini parum *Fauſtinæ* petere.

Fa. Quid ais? una miſericordia duos ſalvabis, *Philandrum* & hanc animam.

Reſponde obſecro, tuâ aut vivo aut morior ſententiâ.

Cæ. Quid dicam? non ſuxi tigris ubera. verum nos ambæ *Muſonium*

Perdidimus vereor. ille & *Philander*, ſic volunt fata ſuſpicor,

Philander meus, diſtrictis enſibus de te in pugnam irruant.

Fa. O me nunquam infœlicem antea! quid ego admiſi *Cælia*?

Cæ. Nempe dum hic deliquio quaſi jaceres mortua,

Muſonius intervenit, necem de *Philandro* vindicat.

Fa. Sancte *Jupiter*! huic ego nunc procumbo, & objuro fœderi; Si

Si utervis illuſtrium juvenum in hoc jurgio ceciderit,
Aut in cœnobio, aut in eremo penitiſſima tranſigam lachrymoſos dies.
Cæ. Quin ego quoque id ſacrè ſpondeo. ſed quid ſtamus? interpellemus illicò.
Fa. Quâ viâ? hac an illac? *Cæ.* Illâc, præcedam. *Fa.* Ah cito, cito *Cælia.*

Actus IV. Scena VIII.

Loisla, Scarabæus.

Loi. VErebar ne exactum ad menſem garrirent hæ virgines loquaculæ,
Abite in malam rem, ad lanam & telum otioſæ meretriculæ,
Para jam perfugium *Loiola*, præſtat extrinſecè quàm intrinſece
Vivere. ædes privatæ ut me conſtringerent, qui viginti
Carcerum effoſſor extiti? ex omni rerum genere quid ego
Maximè cuperem conjicite. neque papatum neq; ſcalam byſſinam,
Sed ut ille nequitiarum *Acherunſ* ex adverſo mihi ſtaret *Iodocus*,
Ut in ejus abdomen deſilirem, quamvis lumbifragium facerem.
Sc. Crepuit fenestra, ſt! ſtrepitus inſonuit modo;
ô cribrum carnificum! Sine

Sine me flagellum petere, quo *Jodocus* uti jussit, ubi nequitiæ

Me ad flagra provocant. *Lo.* Huc usq; me extricavi paratissimè

At non simpliciter, sed secundum quid, à parte ante, non à parte post.

Jam quia proximus es præcipitio, *Loiola*, neq; magnificum est

Fugere sine persolutis impensis incarcerationi debitis:

Scarabæo commendabis nonnihil in pii animi memoriam.

Sc. Decem sanè fieri potest drachmas conjiciet mihi.

Loi. Talentum sanè non est meritus, quia nunc abest cum valediceret mihi:

Eccam verò buccellam saccari. *Sc.* Pissh. *Lo.* Hoc scio ille linget helluo,

Medicatum toxico, & lethali Mercurio. sheu, pecus illud rancidum,

Illud rancidum pecus secundum fata majorum non morietur in cruce.

Sc. Satius erit non feciſſe hoc convitium. *Tiff.* *Lo.* Væ digitis tuis.

Sc. Tiff. Loi. Rursus mi flagellifer? mene duri-pellem & plagipatidem autumas?

Sunt occultæ quædam qualitates circa has ædes, ut loquuntur Scholastici,

Sc. Væ tibi calve qui desultaturus es! ego manicis postàc

Te constringam ne hinc abeas furcifer. *Lo.* Vir doctissime, Incli-

Inclinabam corpus fateor, circumtuens quis loris
me familiariter (gerem.
Depexit modò, absit autem ut à tua clientela fu-
Sca. Quid? nonsurripere te cogitasti, etiam ante-
quam læsissem verbere?
L. Bone custos carceris, non putabam. *Sc.* Non!
Lo. Per quicquid est
Sacrum nolui. *Sc.* Pejeras quoq;? aderam & au-
divi impudens.
Loi. Certò scis te inaudiviſſe talia? *Sc.* Tun' id
dubitas? *Loi.* Tuis auribus?
Sc. Esne inquisitorum aliquis qui tot interrogas?
Loi. Hoc nempe volui
Cum tu interesses, & persentisceres quid agerem,
non cupiebam evadere.
Non est igitur pejeratio, sed quædam mentalis
reservatio.
Sc. Mastigia! non anguilla est æquè lubrica ac
tua responsio.
Procude aliud mendacium, aut fatere te esse mor-
tem interminatum mihi,
Cum toxico & *Mercurio*. *Lo.* Nego, nego, nunc
surdaster es planissimè.
Sc. Um' operiri loris Polype, qui fictum perinde
ac verum astruis?
Loi. O ignosce mihi, respondeo formaliter, non
dixi me ad necem te daturum,
Ut tu sub auscultando præcaveres, & hoc ultum
viveres,
Etsi id dixi simpliciter: hoc non est mendacium
sed tenebricosa æquivocatio,

Sc. Ego mox scrupulum injiciam tibi, ubi æquivocatio non sufficiet.

Lo. Ubi æquivocatio non sufficit, ibi distinguam cum Scholasticis.

Sc. Attende igitur quia contra jus hospitale erat tibi in animo
Clam tergum vertere, castigaberis scutica. jam distingue.

Loi. Respondeo: quæ homines idiotæ sine prærogativâ & indulgentiâ,
Nos doctiores cum indulgentia committimus. *Sc.* Quid tum posteà?

Lo. Ego tum bullam habeo pontificiam pro committendis nequitiis,
Et condonandis per sexennium. *Sc.* Quid si ego bullam tuam
Pro nihilo facio? *Loi.* Tum, si non absolutè, at κατὰ τὴν, ego planè perii.

Act. IV. Scen. IX.

Scarabæus, *Jodocus*, *Loiola*, chorus monachorum.

Sc. QUos video monachos præ se ferentes planctum & epicedium!
Atq; imprimis *Jodocum*. *Lo.* *O diabolo*! hæc non est plangoris sed lucibrii facies

Jod Heu noster *Loiola*! vale in æternum *Loiola*. vale, vale. *Cp.* Eheu!

Loi. Tu qui ululatum anteſignanus es, *Jodoce*, aut veras tibi
Lachrymas excuſſero aut cerebrum; ego hac contumeliâ
Dignus tibi videor, in ciſtam tradi? in lupanar? in carcerem?
Jod. Leviora ſunt iſta, mi ſcholaſtice, quid cogitas de ſuſpendio?
Ego lignum fatale hiſce oculis vidi, quod paratur tibi in craſtinum.
Eheu monachi plangite; vale *Loiola*, in æternum vale. *Ch.* Eheu!
Jod. Poſtquam verò popinam exhalavimus aliquot plorabundi monachi
Conſcripſimus epicedium tuum, & ſi opus eſt cantabimus.
Lo. Scarabæe amove hunc inſanum cachinnonem, aut ego in perniciem
Ejus me præcipitem dabo. *Sc.* Hoc ſi auſis periculum aggrediror.
Meus ſacellanus domeſticus nunquam amovebitur ingratiis,
Si cantilenam habeat. *Jo.* ô mi patrone, ſapis pleno pectore.
Sc. Imo ego non neſcivi me ſapere, ſed proſer tuum melos *Jodoce*.
Loi. Agite grunnientes porci, ego illum expecto diem
Quando veſtrûm quiſq; cucullum habeat ex corio ſuo;
Tum perinde ornabimur ac principes Cardinales in coccino.

Io. Hem autem epicedium, nihil unquam ſcriptum eſt magis lamentabile.

Titulus ſic ſe habet: *Iodocus* & ſeculares monachi,
Valedicunt *Loiolæ* pridie ante ſuſpendium.

O vos monachi & fratres,
Eheu Ieſuitæ patres,
Cachinnos magnos ſolvite, ſic nos jubet planctus;
In crucem ibit Loiola *bis terq; ſemi-ſanctus.*
O vos pellices & ſcorta,
Plutonis *ſuburbanis orta,*
Tripudium facite cum tympano & ſiſtro,
Taurus veſter Loiola *pendebit in capiſtro.*
Sed quicquid ſcelus committetur,
Ille martyr morietur.
Triumphate, non eſt crimen;
Io Hymenæe, Hymen!

O carnifex, matura funus,
Stringe collum juncta nurus.
Ius & fas eſt Loiolam *in ſublime rapere,*
Qui ſolet altum ſupra vulgus monachorum ſapere.
Sed tales nodi non ſolvuntur,
Ut ſcholaſtici loquuntur.

Sed hæc melius modulabitur chorus ille noſter ſymphoniacus.

Loi. Iodoce interdico tibi hos argenteos, ſed vobis qui tibicinum
More occentaſtis mihi, hem ſymbolum minutulum.

Io.

Io. Quando nova in te isthæc incessit largitio? dare veniam monachi,
Decet me participem esse muneris, perinde ac cantiunculæ.
Lo. An singuli coiistis ad arripiendam hanc mercedem? *Om.* Singuli.
Lo. Hem vobis utinam esset plumbum liquidum, aut resina torrida.
Tu canis custos carceris, prædixi tibi diluvium hodie. Ha, ha, he!
Sc. Tum spero non erit ut rideas, cum sanguinem pendes pro lotio,
Contine te intra fenestræ specularia. *Io. Scarabæe* deliquimus
Nos omnes contra te inhumaniter. *Sc.* Mi facellane eloquere.
Io. Iste *Loiola*, ut versutiam ejus nunc omnem in apricum proferam,
Obsecravit hos monaches, ut inimicitias cum eo & odium
Simularemus, sive convitio, sive alio modo id fingi poterat.
Sca. Obsecravit autem? sed quid voluit vulpes? *Io.* Id nempe ut nostrûm haud sollicitus
Pervium faceres his fraterculis ergastulum, amoro metu.
Quo pacto hic lumbricus clanculum obreperet è suâ latebrâ.
Quidni igitur ponderibus & pedicis hunc retineas tibi?
Lol. Igitur hæc est tua voluntas ut me totum perderes,

Si hæc perſuaſeris *Scarabæo*. *Jo.* Nempe benevolum te eſſe oportuit
Nobis ob intentum beneficium, tu nos renumeraſti lotio.
Sca. Quare te non occludis igitur? ego ſcuticam apporto & terginum,
Ni ſis morigerus. *Lo.* Siquidem neceſſe ſit, benedicite. utinam
Intereatis omnes & lege fori & lege poli, ut loquuntur ſcholaſtici.
Jo. Ha, ha, he, fames & convitium bilem in naſum ciet.

ACT. IV. SCEN. X.

Acheron, Jodocus, Chorus monachorum.

Ach. AH populares! ecquis me vivit homo delicatior?
Vino generoſo, & frixo larido probè curavi hanc cuticulam.
Rogabit uxor ubi fuerim? inter meretrices aut bibaces Sicarios?
Poh, ſo ho ho! uxor noli me tangere: ubi pluſculum bibi, ego ſum rex *Mauritaniæ*.
Io. Quæſo te ut unum petat inops *Iodocus* à rege *Mauritaniæ*.
Ac. Diſtinctè, diſtinctè roga, hoc eſt enim baſilicum, ſubvenire inopi:
Cape tibi præſentem animum. *Io.* Eſt quidam triobolaris ſacerrimus Malè

Malè arrogans ſub tuâ cuſtodiâ, cui nomen *Loiolæ*.
Ac. Enimverò meminiſsædepol. *Io.* Alibi ſoleo.
ſed ille nunc friget
Apud te, ſine quæſo ut per triduum non abeat, ſed
fami ſacrificet;
Et eris poſthâc non ille *Acheron*, ſed magnus
Cham Tartariæ.
Ac. Ego ſic ab infantia juſtitiam colui, niſi plus
ille attulerit
Mercedis, quã tu qui ex adverſo cauſam agis *Iodoce*
Ego pro quatriduo exorari poſſum facile; ſed poſt-
quam ſupplicium
Ei decrevimus, æquum eſt ſcire quam læſit *Loiolæ*
ex hac familiâ.
Io Rem miram audies & dignam Jeſuita audaciam.
Ciſtâ ſe totum abdidit hodie, quam ad vos porta-
runt bajuli.
Tacitus poſt & ignotus prodiit: vim ſortaſſe in-
tentans *Cæliæ*.
Ac. Si ſit piſtrinum in hac urbe, diſcet quid ſit
virgines permolere.
Io. Imo attende, virgo ſe adornavit fugæ, atq;
abiit, *Acheron*.
Ac. O mea columba abiit? *Io.* Sed quæritur apud
forum, reperitur, reducitur.
Ac. Pol optime. *Io.* Et ad *Martini* thalamos no-
va nupta mittitur.
Ac. Quæſo ſuntne hæc joco an ſerio dicta? vivus
ſum an mortuus?
Io. Quare te diſcrucias vappa? meminiſti ſub
ſigillo confeſſoris;

Quid aperuisti hodie? *Ac.* Quid erat? *Cæliam* esse masculum.

Ac. Dolo id dixi & astutiâ. adjuva me obsecro, *Cælia* non est masculus.

Hac si potietur *Martinus* hodie, hoc ipso in loco me videbis pensilem.

Quid respondes? nihil? ô scelus! cur non affers suppetias?

Io. Unde te adjutem asine? quando ipse id occultas tibi,

Ubi te premit calceus. *Ac. Iodoce* hoc est in animo firmum ac stabile,

Nunquam iterum mentiar. *Io.* Etiam lupanar linques & lenoniam?

Ac. O durus es præter fas & fidem: nihil præter quæstum meretricium

Habeo unde æs & victum quærerem; sed adjunge me tibi socium,

Si ad templum proficiscaris, est mihi ulcus in animo,

Cujus ibi sanies effluet. *Jo.* Quid ultra celas ubi ægrotat animus?

Quo porro ibimus, si consilium in re malâ præsens postulas?

Ac. Non si *Colchos* lucrarer aut vellus aureum, hæc garrirem in propatulo:

Omnis salus in eo posita est sigillo credere & æterno silentio.

Io. Eamus igitur; & quantis *Loiolam* propinavi injuriis,

Ab his monachis symphoniacis inter eundum audies.

ACT.

Actus V. Scena I.

Iodocus, Acheron.

Io. FIdem & auditum ſuperat *Cæliam* oriundam
eſſe è *Martini* familiâ.
Diſcite ô vos omnes nimium probi quanta ſit in
ſcelere utilitas;
Quantumq; fert *Martinus* beneficii quodà me
fallitur hodiè.
Cæliam cupiebat filiam quam non debuit, *Mutum*
accepit puerum
Cui vitium inferre nunquam potuit. hæc eſt in-
doles tua *Iodoce*.
Ac. Scin' qualis indoles? promulgentur iſta civi-
bus, & ego pendeo.
Doce *Martinum* quaſi per nebulam, ut à nuptiis
hiſce abſtineat,
Cavendum eſſe ab immani ſacinore, hoc tuum eſt
officium,
Nihil ultra pateſacere. *Io.* Ha, ha, he, leno me
monet officii.
Dii boni! quanta ex unius flagitii retectâ facie,
Enaſcitura ſunt commoda? ab hac infami vitâ
manumittetur *Cælia*.
Ac. Ego meam invitis omnibus. *Io.* Poh, *Marti-
nus*, quia meâ operâ
Filiam reperit, perſuaderi poteſt facilè ut ne Pon-
tificem oderit.

Musonii cupidinosus amor in sororis nomine extinguitur.

Philander, quod palmarium est, & quod ringetur *Loiola*,

Cælia potietur sine Jesuitæ voto, sine raso capite.

Quid ego cesso autem hanc ubivis diffundere lætitiam?

Ac. Tu qui veredarius es manta. *Io.* Quid me reprehendis proeprantem asine?

Ac. Siquidem aperiri hæc omnia sinerem, vecors, & stultior

Essem quam tu me autumas. E dico tibi *Iodoce*, si vel syllabam

Mussites *Cæliam* esse prognatam è *Martino*, postquam hoc acceperis

Clam à confitente, ego extremum jus sequar, ut ne periculum, nescias.

Io. Quasi non impetrabitur tibi gratia: imo nonnihil pretii

Te commeritum scies. *Ac.* Rectè ut in me quadret ille planctus, & cantio,

Quam hodie occinebas *Loiolæ*: *O carnifex matura funus.*

Io. Quare hoc tacitum vis *Martino*, & *Cæliæ*? *Ac.* Quia nondum tædet me vivere.

Io. Monstrum hominis: tot gaudia vis abscondi quia meticulosus es?

Ac. Ira ne ego in reste saltarem, universam urbem conflagrare cernerem.

Io. Ego pro te pendebo. *Ac.* Non potes, leges forenses non capiunt monachos.

Io. Tu

Io. Tu catule, famelice, de me ſtatuant leges quid poſſint, quid audeant,
Ego hæc in momentum amplius non tacebo *Philandro & Cæliæ.*
Ac. Tu hara porcorum, crapula, per hos præmorſos pollices
Sigillum ſacrum ſi violaveris, age præterea, quibus coram teſtibus
Hæc audiviſti? nego omnia robuſtè, poſt juro, tertium peiero;
Quid tu poſtmodum? videbitur ille doctor ſubtilis Duns fatuus *Iodocus.*
Io. Non es ille nequiſſimus quem profiteris. *Ac.* Periculum facito.
Io. Cum campana, libro & lucerna, te devoveo ad averna.
Ac. Execrare me ſubmiſſius, ne id audiat mercator *Michael.*

Actus V. Scena II.

Monſieur *Michael*, *Jodocus*, *Acheron*.

Mi. AGe, age, mea machæra ſitit ſanguinem, *ie nen' dureray pas ces injuries*
Sans tirer le ſang quelque. Eſtne veſtrum alicui nomen *Scarabæus*?
Io. Non eſt ædepol vir magnifice. *Mi.* Eſne cognatus ejus? *Io.* Minimè.
Mi. Tu fortaſſe es ei benevolus. *Ac.* Oh ſceleratus eſt & vorax helluo, Cujus

Cujus corium sæpè distinxi virgis. *Mi.* Quis tu hominum eras non vidi præ rabie,

Il sera mieux per vous de ne mavoir rencountre a mon fachoir.

Monsieur *Acheron*, meus calceus non tam defunctus est, quam tu es mortuus.

Jo. Monsieur *Michael* nasus jam tuus fumigans protosto pane

Pateras meas calefaceret. *Mi.* O hat pax leno, cacodæmon, putide.

Jedoce quid fugis? postquam hunc è medio sustuli, tu illum sepelies.

Responde *caecaron* quid habes quod obtendas ne rabie & odio

Te prosequerer & universum genus tuum? cum peregrinis mercatoribus

Cumptus facis: vester *Michael* indignus fuit ut *Æthiopem* venderet.

Ac. Maleficium te obsedit, quid narras? *Mi.* Post *Scarabæi* os impurum

Non satisfactum putavit insolentiæ suæ donec oneraret me inficetiis

In publico. *Jo.* Recte ædepol, ego istius contumeliæ testis sum idoneus.

Mi. Quid? tun' aderas istis litibus & jurgiis?

Jo. Aderam; quid ni aderam?

Et cor meum *gallantamante* risu exhilaravi maximo.

Mi. I'avoy mieux estre espendeu que d'estre moggue de vou.

Mene Ducissa de *Shatlaroum* amavit? atq; omnes feminæ principes? Sumne

Sumne ego Gallus? sum ne mercator? sumne pugnax? sumne nobilis?

Nonne viginti mille coronatos aureos apud trapezitas habeo?

Nonne sex torques aureos? nonne gemmas? non viginti annulos?

Nonne machæram Bilbilim in terrorem hostium? & tamen rideor.

Ac. Monsieur, estne tibi opus salutari pellice ad evacuandam cholcram,

Et purgandos renes? *Mi. O per my foy*, ego natus sum ad ferendos jocos.

Acheron pultron, ego te diffindam uno verbo plagiator impie.

Io. Ita? quid hic loquitur furiosus? tun' illum accusas plagii?

Mi. Adesdum pulvis & umbra: finis est ultima rerum linea,

Tu pendebis *Acheron*. dic, dic, dic clare huic *Iodoco*, undè accepisti *Cæliam*?

Ac. Quid rogas? annon tua merx est improbe? ego non illam à *Parisiis* habui?

Mi. For de vou pour quoy dissemble, Iodoce, adjuva me ut hunc opprimam.

Dum res calet qui pudicitiam simul & pudorem exuit.

Ac. Satin' tu ceritus es? ego te mercede maximâ conducam ut taceas.

Io. Labascit Monsieur, nihil habet in contratium, perge obsecro.

Mi. Un' dux, troys, quatre parolles, comparcam fastidio longioris historiæ. Vastata,

Vastata fuit incendio ante annum quartodecimum hæc civitas,
Res omnium formidanda maximè est *Vulcanus* furens.
Sed nox intempesta cladem & pavorem geminat. ejulant mares,
Plorant infantes, quisque est alienus alteri, sibi proximus.
Tum *Martini Calopia* mater hujus virginis *Cæliæ* munitam fasciis
Acheronti, qui occurrit forte in tumultu, in manus tradidit,
Blandulæ prospexit filiæ, sed ipsa non superstes gaudio in flammis periit.
Nemo est qui reposcat filiam: hujus sceleri & amentiæ relinquitur.
Io. Martinus, credo, in cineres abiisse filiam una cum matre censuit.
Mi. Sic, sic, censebat. *O meshant qui se puoy nez a fure du becne*
Frater meus *Le Cour*, qui paulo post obiit diem, ut quisquis ei
In hæredem substituitur, puellam lenoni restituere, factam prudentiâ,
Arq; annis nubilem. Ego quod virum decuit tenacem fœderis
Ante biennium restitui. *Ac.* Poh *Michael*, siqua jurijurando sit fides,
Faxo ut ciconiis te pinsant judices ob hanc insulsam fabulam.
Io. Verùm annon liquido hæc constant sub cerâ & pugillaribus? *Mich.* Ha,

Mich. Ha,ha,he, liquido constant *per my foy.* ego
suo hunc convincam chirographo,
Redibo tanquam draco volans cum tabulis authenticis. *Ac.* Perii.
O *Iodoce* videor mihi sentire anginam in collo
meo intumescere.
Quæso quid non lachrymas? *Io.* ô fors fortuna! nunquam emersisset veritas
Ex hoc puteo *Acherontico*, nisi in fermento fuisset
ille *Gallicus*.
Leno, da te facilem & obsequentem mihi; post
de salute tuâ consulam.
Ac. Ego non recuso. *Io.* Ego cum *Philandro* hæc
gaudebo gaudia.
Hic modo sistat pedem donec lætus exeat; & si
quid amicitia
Nostra valeat, nihil in caput tuum statuetur durius.

ACT. V. SCEN. III.

Capitano Pons, Musonius, Philander, Acheron.

Ac. QUippe ni obsequar? qui neq; quò fugiam, neq; quò resistere habeo.
Hei mihi arma virumq;, formidandus *Capitano Pons* Tribunus militum.
Occurrere nunc *Rhinoceroti* quam huic *Rhadamantho* malim.
Cap. Tu quisquis es de plebe populi tene sis duas machæras splendidas. In-

Ineptum est vos id gravius ferre quòd duûm simul hominum
Excussi gladios, quid si centum fuissetis armati equites?
Duos homines vel solo nutu verticis saxo sint placidi magis,
Quam mare solet esse cum alcedo pullos educit suos.
Phi. Putas ita te ortum esse magnifice verborum sator
Quod à duello resilui, vel quod *Musonii* sanguinem horresco fundere?
Cap. Ego castellum aut urbem hoc temporis expugnare poteram,
Dum vos à cladibus deripio. miror cur nemo mortalium
Ad me se virtute æquiparare didicit. dedit mihi nomen,
Mars & militia *Capitano Vander Pont*, vel quia navalibus prœliis
Pontum lustravi, vel quia *Horatius Cocles Tiberini Pontis*
Propugnator primus fuit nostri generis. *Ph.* Compinge ista in Poema
Obsecro. sed quid tu ita rotas oculos? *Ac.* Ec quid perdidisti Signior?
Mu. Quæso vidistin' hic cadaver meum hodiè; decoloratum, luridum?
Ac. Cadaver tuum? an unquam sicut ille *Hermotimus* sine corpore
Soles foras progredi? *Mu.* Ego Mutum postulo meum, invisum caput.

Aut.

Aut *Cæliam* vidistin? illa lux animi mei, generosi
corpus mortui
Secum ad sepulchrum abstulit. Ah *Cælia* sine me
hoc funus prosequi.
Cap. Molles & evirati juvenes, ego septem
noctes reginæ pulcherrimæ
Unius nebulæ cyatho haud emerem. *alla sont sol-
dale balant.*
Vos urbica desidia, quid malum inter otium &
scabiosam pacem producitis?
Epithalamia, choragium, nuptias, scortum, *Cæliam.*
Pro Venere vestrâ pugnacissimi estis, in re patria
timidi.
Sed meum est officium hanc vestram coram pa-
rentibus refarcire
Discordiam; vos mihi monstrate viam ubi senes
habitant.

Actus V. Scena IV.

Mr. *Michael, Cap. Pons, Philander, Musonius.*

Mi. INvicte dux *Vander Pons je suis fort heureu-
sé de vou voir.*
Cap. Benè facis mercator. *Mi. Philander*, *Muso-
ni gallant, beso las manus:*
Tantum vobis apporto gaudii quantum foliorum
autumnus decutit.

Phi. Quid

Ph. Quid ais? *Ac.* Ecquis præveniet carnificem, & hoc pallio me merit?

Mi. *Acheron* habes duos gladios ut me interficias? phy, phy.

Signor Capitano stringe ferrum, & justitiam tuam contra hunc sacrilegum.

Cap. At meus ensiser neq; gladium, neq; noxam cogitat. *Mi.* *Soubs correction*

Immanis est plagiator nisi ceram & chirographū suum abneget.

Ac. Juvenes optimi, hoc tertium est postquam barbam habui quod incurvavi genua:

Favete jam lenoni omnium odia commerito, subvenite inopi.

Cap. Surge, ubi de delicto constet post statuendū de clementiâ.

Mi. Sine, sine me stylum meum in hunc latronem stringere, cujus ego

Scelera felle depingam & sanguine. *Ac.* *Alexander* maxime,

Mitte me verbis meis confiteri quod patravi nequiter,

Post ubi voles occidito. *Cap.* Fare, age, hoc indultum est gratiæ.

Ac. *Musoni* aures arrige. *Mu.* Hz, quid opus? *Ac.* Nondum tribus lustris

Emensis soror tua amissa est magno in incendio bimula.

Mu. Mater etiam *Calopia* tum expiravit. *Ac.* Illa cum cygnæo epicedio

Illacrymans clamat mihi è mediis flammis, gnatam eripe:

Alii

Alii se rapinis locupletarunt majoribus, ego hanc infantulam
Condo, & conservo domi. *Mu.* Beasti me, an illa vivit obsecro?
Mi. Tush, tush, hæc quidem ferri possunt, profer epiphonema *Acheron.*
Ac. Cogito quàm bella sit, quàm formosa, quàm mearum meretricum
Gymnasio dignissima. hinc *Monsieur Le cour* hujus vespæ
Germanus furcifer, consilium mihi commodat, & custodiam
Lutetiis. *Mu.* Indignè factum. *Ac.* At si vestris in institutis
Vixerat, quas potuit habuisse gratias suaviores *Cælia.*
Ph. *Cælia?* *Mu.* *Cælia?* *Ph.* An illa tua? *Mu.* Tua per biennium juvencula,
Illa formosa, splendida? *Ph.* Illa par ebori, par nivibus candida?
Mu. In cujus frontem ego toties amoris torsi radios?
Ph. An illa quæ magis intimè mihi incubat quam cor ipsum in præcordiis?
Ac. Ipsa hæc est eadem, neq; quæquam præterea.
Ph. Porrige mihi alas aliquis,
Ego cœlum inter & hanc urbem medius involare videor.
O verba mellea! auro contra haud cara siquis emptor venerit.
Nihil unquam blandius *Juno* insurravit in aurem

Mi. Vide ſcriptum, vide ceram, vide teſtes, prius oculum mihi evulſerit
Hæc bellua, quam extricare ſe poſſit, jam *Acheron* ſuſpende te.
Mu. Philander aliovorſum quam tu id accipis, hoc tibi ſuccedet gaudium.
Nam quamvis ſtorge,& ſpiritus naturæ lenior Venerem
Frigeſecit mihi dicto citius, at cujus immane flagitium
In lanienam pueri exceſſit, nunquam deſponſabit *Cælia.*
Phi. Dii immortales! irerumne iſta in infamiam, in amoris naufragium?
Etiam mortem nunc intentas mihi coram tribuno militum ?
Cap. Penſiculatè jubeo adnotate omnia. Quid tu *Muſoni* conquereris?
Mu. Miniſtrabat mihi *Mutus* aſſecla,ipſius blandimenti genius,
Accipitur *Mutus* ab hoc ſanguinario,tres poſtinde horas
Denatum reperii. *Cap. Philander* nocens eſſe poteſt tanti homicidii.
Phi. Diſcrucior maledictis. liceat tribune fortiſſimè huic maledico
Dicam infamiæ impingere. *Cap.* Licet,quid tu vociferatus es
Monſieur de lenonis plagio? *Mi. Ie voy pry ut ad* corvos abeat,*ie faray*
Ballada de ſua morte; *pultron* ſordidum, captans lucellum furtim rapuit Virgi-

Virginem. hæc eructavi in perniciem lenonis, *beſo las manus*

Invicte *Capitano Vander* Pons, & vobis maledico omnibus.

Ac. Audi *Monſieur* faſtidium populi, tria verba commutabimus. *Capitano*

Fur ipſe & furti cuſtos quantum differunt? *Ca.* Par utroſq;

Pœna, par judicium complectitur. *Ac. Ie voy pryut* hic ad corvos abeat.

Per decennium poſtquam frater ejus *Le Cour* ad plures abiit

Particeps fuit ſceleris, & retinendi *Cæliam.* victus & diſciplinæ pretium

Accepit: rem non neſcivit, tacuit, reus eſt carceris, rapiatur ad Gemonias.

Mi. O miles inſuperabilis novit me, novit me *Monſieur Michael* ſuâ fretus

Prudentiâ retexit hoc plagium quando libitum eſt tibi. Vale.

Cap. Pergin' argutari multiloqne? non hoc ſupercilium, vereris,

Mechanice? cur formam tam luculentam ſervaſti decennio

In mercatum Venereum? aut carcere hoc lues aut grandi pecuniâ.

Mi. Mor bleaw, ego viſcum mihi ipſi poſui. *Ac.* O quam nos erimus

Hilares in communi ergaſtulo? *Mi.* Dii te perdant. *Ac.* Te potius.

ACTUS

Actvs V. Scena V.

Martinus, Iodocus, Capitano, Philander, Musonius, Acheron, Monsieur.

Ma. OBtundis me *Gaudenti*, ego fœliciratem meam non sine angoribus
Parturio. Habeat *Philander* conjugem, modo ipse prius gnatam habeam.
Ph. In cœlo sum si vera memorat. *Ma.* Ah *Cælia* deerrasti at à meis amoribus
Fugere? non libido, sed natura hujus erat flabellum incendii.
Lenam continete ne foras exeat. *Io.* At meâ gratiâ ignoscas omnibus.
Bene fœneratum dices me amicum tibi: fraudulente tetigi hodiè.
Sed ex malo principio magna sæpe conflata est familiaritas.
Ma. Tanto plus te amo quam reliquos fratercu-los, ut leniori mortis
Genere te petire cuperem. *Philander, Musoni* quid statis terrici?
Licet saltare: sane ominis saltatio non est illicita, id ego dogmatis
Nunc primum profiteor. *Ca.* Licet *Pyrrhicum* saltare cum armatis clypeis;

Et

Et ſemper licuit; qui contra diſputat cœnabit apud inferos.

Ma. Mi fili, ecquid demptum tibi de opulentiâ patris ſomnias,

Poſtquam ſororis increbuit rumor? aut quid eſt quod vultum dejicit?

Mu. Salva ſit ſoror perpetùm, pater, neq; opulentiæ tuæ malè cupio,

Sed ego didici quid ſit gaudere, poſtquam agnellum balantem,

Poſtquam *Mutum* perdidi. *Ph.* Ita tu ſemper ſis ſpectatæ probitatis *Martine*,

Ut me purgem coram te à ſuſpicione ſanguinis. *Ma. Philander* faveto tibi,

Eloquere. *Ph.* Elinguis ille miniſter gnati tui hic ex animis jacuit,

Ego in crimen vocor, inſons perinde, ac qui hodie naſcitur.

Io. Ubi ad te integer redibit pumilio quid dices *Muſoni*? Ha, quid ais?

Muſ. Salvus valenſq; *Iodoce*? *Ma.* Tace cum obſtipis tuis mœroribus:

Philander liberalis eſt, & clementior quam ut iſta faceret. at prodi bone vir

Plagiator *Acheron*, & compos ſceleris mala merx mercator *Michael*.

Mi Sache que te ſuis un gentit home è non paſeſtre uſe come feſte poultrone,

Pardenna moy ceſte faulte bon veillard. *Ma.* Neque Syriacè neq; Hebraicè

Me alloqueris *Mu.* Sed Gallicè. & docebo te Gallicè, formoſa etiam Filia

Filia tua optime loquetur Gallicè. *Ac. Martine* tuæ ec mmendo me

Totum, & committo fidei. non tam imperitus es, ut avaritia

Quid valeat neſcias. ſed ego filiam tibi integram & virginem

Illæſam reſtitui, ut fide quiſquam potuiſſet optimâ. *Ma.* Bono ſis animo,

Nos *Martiniſtæ* non aliâ de cauſa meretrices & lenones male odimus,

Quam quod Papam apud *Italos* menſtruâ ſtipe locupletant:

Verum omnis noxæ remiſſio, & clementia eſto *Cæliæ*

Beneficium quando comparet *Mi.* Oh *Mandanna Cælia* adeſt.

ACTVS V. SCENA VI.

Cælia, Fauſtina velata, *Capitano, Martinus, Jodocus, Philander, Muſonius, Acheron, Monſieur.*

Ma. MVſoni, *Philander*, injicite mihi amplexus veſtros, labaſco gaudio.

Phi. Quid reformidas? quid palles? quid te avertis *Cælia*?

Cæ. Non

Cæ. Non te *Philander* ſpectat hoc faſtidium, & *Muſenium* minùs.
Et tu miles inclyte, ſalus & fœlicitas mea, qui refregiſti induſtriâ
Tuâ triſtes amantium pugnas, ſis ſemper nobilis.
Cap. Quando id audiſti Domina? *Cæ.* Apud Platæas ſpargitur, id reditum
Acceleravit nobis, nunc porro faveat virtus tua
Ut in *Acherontis* inquinamentum nunquam referam pedem.
Ac. Cælia mea aliud imperes, eſto libera. ſiquidem tres dentes molares
Aut naſum hunc cupieris, ego me tuâ gratiâ truncari patiar.
Cæ. Riſum & fabulam incœptas, fac ſis ut promiſſa appareant:
Sed hæc digna res eſt cui tu opem tuam intendas validè.
Cap. Loquere puella, ego homicidam ad latus nimium diu ſeriatum geſtito,
Sed non recuſo vel cum Centauro congredi conſerta manu.
Cæ. At hoc muſca minus eſt, non attingit prælium; proſpicias modo
Ut ille ſexagenarius atavus aliam ſibi quærat conjugem.
Ma. Mel meum, ego alius ſum à meipſo, indulge mihi baſium
(Nam *Martiniſtis* hoc eſt volupe) & repudium tibi de nuptiis

Spondeo. *Cæ.* Credo omnes mortales feritatem exuisse hodie, largior tibi.

Ma. Ah mea, contineri quin complectar nequeo, designa virum tibi

In æternam copulam, modò ne sit nimium propinqui nexûs,

Et uterini sanguinis, non recusabit, hoc etiam spondeo.

Cæ. Vigilone, an dormio? ah timida quid cessas? quæ solebas in *Musonium*

Acres oculos defigere, cur in illius cervicem non te diffundis?

Quid erubuisti *Cælia*? *M.* Filia rediviva, pars melior mei, non potes,

Cœlum prohiber, *Musonius* sororem te appellat. non es illi à venustate

Rosea nunc amplius, sed à sanguine amabilis. *Mu.* O salve insperata soror

Quam post tot annos conspicor. hoc unicum verbum soror,

Dominantem *Cupidinem* potuit in exilium mittere. *Cæ.* Pergite operam dare,

Ut crudum mihi concoquatis gaudium, nondum matura est lætitia

Donec rescisam omnia. *Ma.* Annales, juramenta, *Gallus*,

Acheron, vel si opus est equuleus, id certum facient. *Cæ.* Diis freta sum,

Spero fœlicia. Pater ignoscis pervicaciæ meæ?

Ma. Facilè, facilè, mea filia, hoc commune flagitium sol noluit aspicere.

C. Agnosco

Ce. Agnosco paternum animum; etiam *Musonius*
tam innotescit mihi
Fraterno nomine si me supplice hanc innocentem
virginem
Succidaneam inardebit pro *Celia* quam amiserat.
Mu. Dulcis sororcula,
Ætatis meæ quicquid superet *Muto* defuncto vo-
veo:
Illius memoria indies numerosa suspiria pariet
mihi.
Fa. Quin aspice me *Musoni* peramande juvenis,
hæc quidem peregrina vox
Est tibi, sed facies notissima. *Mi.* Odorifera *Fau-*
stina ad nos rediit.
Ac. Comparuit fugitiva pellex ut valedicat no-
bis ante obitum.
Mu. Et vivis igitur? vivis *Mute* mi? sed ego ineptio,
nunc dulce loqueris.
Ah vivis mi puerule? etiam rursus insanio, nec Mu-
tus es nec masculus,
Sed resplendens fœmina, loquere quæ fuisti elo-
quentissima virgo,
Nolo te Attalicis conditionibus vescere amplius.
Fa Genus, parentes, patriam nutricius ille meus
mercator *Michael*
Clam semper habuit mihi, quare pro ancilla & man-
cipio
Sub hastâ posita sum, & solvens à Pa isiis simul cũ
dilecta *Celia*
Acheronti vendita serva sum, sed ingenuis statim
incalescebam amoribus,

Lustravi virtutes tuas, sæpius nobilitatem, indolem, heu saucius mihi oculus
Tuaq; semper micans imagine rediit. *Mu.* Perge medulla *Suadæ*.
Fa. Cæliam condensis affectibus tota admiratur civitas; illa, quod
Prudentem decuit, solum miratur *Musonium*. quid tristius
Hostis potuit *Faustinæ* facere quam fecit conjunctissima: dies ægritudinem
Adauget nobis omnibus, præsertim tibi: inter desiderium solitudinis,
Et consortii cum medius stares, *Mutus* à *Laverna* petitur.
Quid statim subest mihi, sæpe remedium amori, nunquam ingenium defuit,
Solennitas quædam publica copiam mihi fecit abeundi foras multâ
Cum munditie, cujus partes commuto, pannos pueriles comparo.
Ad Bruxellas fugio. Diu erat priusquam per ætatem teneram
Dissitare poteram, sed obstinate tacere, quippe quæ fœmina fueram,
Prope erat impossibile, post spatium temporis diutini artis magistra prodeo,
Trepida ante hoc ostium bis compareo, & facilè Dominum impetravi silentio
Mu. Quo nomine nunc gaudes? *Ac. Faustina*.
Mu. Faustina? Nego me *Jovi*
Te concessurum conjugem si is me oraret centies.
Sed quare semi mortua? Unde

Unde nunc elegantiis comtpa? mille possum scisci-
tari fabulas.
Fa. Quid lusum sit, quid commissum hodie ne-
quitè, longa est historia,
Ille frater qui coram adstat omni passere salacior,
Post recensebit. *Io.* Ego pulchrè vafritiem me-
am huic Muto concredidi.
Fa. Pompam hanc habitus quod interrogas; non
auditum est prius,
Capitano Pontem vobis interdixisse pugnam, quàm
Cælia apud familiares
Suas formam mihi utramq; vultus & vestitus red-
didit.
At ah *Musoni*, si sim extra pectus tuum, nondum
ad meipsam redii.
Mu. Prohibessit Salus. *Ma.* Sanè poni potest hæc
Faustina inter sorores
Separationis nostræ, quandoquidem ex confesso est
fugitiva meretrix.
Ac. At enim non sinam te illam ducere. *Ca.* Quid
non sines? *Ac.* Pro qua ego
Argentum dedi. *Ma.* Uxor tulit à me centum mi-
nas hodie.
Ac. At etiam ut in gratiam vobis redeam de *Cæ-
lia*, fortasse aliam
Commerebo noxam in posterum; tum utramque
poteritis
Ulcisci probe. *Mi. Foutra Acheron.* Ego hujus cer-
vicis periculum faciam
Potius quam tu sis *Musonio* magis quam ego muni-
ficus.

Philander

Philander ie ioy pry, adser nobis patrem *Gaudentium*, cito, cito.

Ph. Quæ hæc est inopina missio? *Mi. Monsieur* dico tibi, vade fœliciter. *Ph.* Eo.

Mi. Bel amor mor dew, ego faveo amoribus. Tu *Faustina* saltabis,

Tu ridebis *Musoni*, *Martinus* hinnier, *Capitano Pons* rugier,

Iodocus aliquid fortasse edet, omnes hilaritèr, & pendebit *Acheron*.

ACTUS V. SCENA VII.

Gaudentius, Martinus, Capitan. Monsieur, Faustina, Cælia, Philander, Musonius, Acheron, Iodocus.

Gau. O Tempora emendata, homines eximiè optimi. Lenæ poresi pudefieri.

Laverna erubescit, sedet tristis apud nos, nihil vult esse, aut bibere.

Ma. Restat aliquid quod illa plus dolebit. *Ac.* Tametsi nos pudet.

Ga. Martine, præbe te leni & victo animo; præstat sanguinem suffundere

Quam effundere. *Mi. Gaudenti, besolas pe.* nunc tu heros es, nunc tu vir es

Plane basilicus. *Foy de cavalire ie mourerai pour un ie homme.*

Gau.

Gau. Ha *Monſieur*, ubi fuiſti diu? *Mi.* *Monſieur*, ego
ſum omnium viliſſimus,
Niſi plus te amem, quàm *Lais* ſi revivifiet *Corin-
thia.*
Gau. O hominem jocoſum! convenerunt cives,
adeſt Tribunus Martius,
Multus populus, pultifagus *Iodocus*, tantumne ti-
bi nunc eſt negotii,
Ut me ſalutes in publico? *Mi.* Majora te aſpe-
ctant; at, at fer tecum indolem
Antiquam, nolo jam culpa deleta penitentiâ meo
præjudicet beneficio.
Gau. Abundè circuitionis, perge. *Mi.* Aſpice in-
primis & mirare hoc os virgineum.
Gau. *Cæliam* vis. cum tibi benè contingit de pa-
rente gaudeo.
Cælia nuper eras, ſed haud ſcio quod erat nomen
tibi à principio.
Ma. Sanè *Patientia in adverſis.* *Ga.* Patientia in
adverſis? ô ludibrium hominis.
Pli. Retineat ergo titulum venuſtæ *Cæliæ.* *Cæ.* Pla-
cet magis. *Ga.* Patientia
In adverſis? a page cum ſeſquipedali nomine. *Ma.*
Non obſto *Gaudenti*,
Eſto in æternum *Cælia.* *Ga.* Patientia in adverſis?
ô homines eleganter fatuos!
Mi. *Gaudenti*, ego non *Cæliam* volui, ſed hanc
potius peregrinam Dominam.
Gau. Ita vivam, hæc erat olim *Muſonii* individu-
us comes. *Mu.* *Gaudenti*, ita eſt.
Gau. Videtur eſſe quantivis pretii cum faciem vi-
deas: hem oſculum tibi!

Mi. Et quid videtur cum tuam esse *Lydiam* noveris, ha quid respondes?

Gau. *Lydia* filia mea? ego dotem numerabo si sit mea *Lydia*.

Fa. Proh *Diana*; personuit sæpe meis auribus hoc nomen *Lydia*.

Mi. Facta nunc est Idea, aut integer ero ob omni noxâ, aut bis dispereo.

Gaudenti debes esse memor de solenni, & splendidâ histrionâ

Ante annos undecem, cum civium potentiorum liberi quotquot erant

Cultioris venustatis, & indoles, theatrum suis studiis condecorabant,

Et sumptibus. *Ga.* Illam dices magnificam, rixosam, tristem fabulam,

Qua *Lydia* tum quadrimula nympham personabat in Poemate.

Mi. Ipsam, ipsam. *Martinus* malè cupiens his spectaculis, ejus complices

Strictiores in rebus gerundis regnli, in ipso proscenio tumultum faciunt,

Sævitum est utrinq; ad contumelias, ad vulnera, ad mortem denique.

In hac seditione, ut fit, sequitur apparatus Sceni. ci & opulentiæ direptio.

Tua *Lydia* gemmis & monilibus clarissimis distincta imprimis rollitur.

Abiit mecum ad Parisios secundis Zephyris, sed nunc auris plus saventibus,

Refertur *in* sinum patris. *Ac.* Omnes pedisse quæ è famulatu meo

Reginæ

Reginæ reperientur, aut Duciſſæ ad minimum.
Ga. Summe Deorum!
Ca. Hæc ſi vera ſint, emiſit hodiè mortuos ſuos domus *Aeherentica*.
Mu. Vera? utinam ſimulari iſta quiſquam hic auderet hiſcere.
Ca. Ah mea collectanea, lætor te eſſe ſatam in tam augaſta familia.
Fa. Profectò id ſcio, olim culta fui miſella pupula bracteis aureis,
In choragio, quod facile meminerunt parvulæ, aut ego dormio.
Ga. Eſne nuncis tuæ oblita? *Fa.* Fuit ei nomen *Bal bala*. *Ga.* *Balia*.
Fa. Ipſa eſt. *Ga.* Diis ingratus forem ſi quid hærerem amplius.
Tu es profecto *Lydia*, columba mea, ſinite me abunde flere,
Sinite me nunc mori obſecro. *Ph.* Salve exoptata ſoror *Lydia*,
Haud in me fratre fælicior, quam in amoribus *Muſonii*.
Ma. O *Gaudenti*, in cœlo nunc nos ambo ſumus, pæne dixeram hic eſt feſtus dies.
Quibus uxoribus adultam filiam gignere, & frui licuit.
Ga. *Patientia in adverſis*? & quos fælicitas par conjunxit, quid in eos
Indivulſim affinitas uniat, potabimus, ridebimus, ha feſtus dies hominis!
Ma. Summo opere id reſpondet meis lubentiis.
Ga. Auſpicato igitur juvenes

Et puellu læ *Hymen* vos conjungat. *Ma.* Et *Rogerus Diaconus.*

Pax vobis, proſes multiplex & rerum copia. *Mi. Gaudenti* jam tu ipſe dicito;

Non ſunt viginti fures qualis ego ſum, qui ingenue reſtitui *Lydiam.*

Fa. Fateor; ideo mercatori ignoſcas pater. *Gau.* Facilè, id commeruit.

Ac. Neque decem ſunt Lenones *Acheronti* ſimiles, qui tanta probitate

Proſpexiſſent *Cæliæ. Cæ.* Res apparet, ne ſis moleſtus pater.

Ma. Modo abſtinuerit à Tobacco & juramentis. *Ac.* O vir optime!

Cap. Neque igitur tres ſunt milites qui cum *Capitano Ponte* contendant viribus,

Qui monomachos ſævientes hodiè torvâ fronte compeſcui.

Phi. Quin utroſq; nos concordes tui fœderis appellabis Lauream.

Io. At dicite, eſtne alter *Iodocus* mihi adæquandus? *Ma.* Apud inferos.

Jo. Tace tu: ſolus ſum qui cum mox increbreſcant rorantes calices,

Omnium errorum ſcaturigines aperiam. *Ma.* De duobus *Mutis* animalculis.

Gau. De *Æthiope* & 20. minis. *Ma.* De *Laverna* & centum minis.

Gau. De Jeſuita *Loiola* res apparet, quod ille occluſus ſit, tam tranquilla ſunt

Omnia. *Jo.* Agite, ſolertia jam & feſtivitate ſubvenite mihi,

At

Et vos omnes facetiis oblectabit ille Morosophus *Loiola.*

Mi. Nihil simile aut secundum. *Jo. Acheron* face actutum *Scarabæus* prodeat

Cum scala hem sub impluviis unusquisque se recipiat sine murmure

Et strepitu, ego quasi hic essem solus confabulabor cum *Loiola.*

ACT. V. SCEN. VIII.

Loiola, Scarabæus, Iodocus, Gaudentius, Acheron, Capitano, Martinus, Philander, Musonius, Faustina, Celia, Monsieur.

Sca. IOdoce ubi te esse dicam qui es à sacellis mihi? esne susceperus gradum

Aliq em in Academ â *Jo.* Licet sane pro moribus, sed hæc balista

Jesuitæ inrenditur, qui nos lotio hodiè. *Sca.* O mea hilaritas,

Merito tu omnis sceleris patriarcha audies. *Jo.* Hê erige scalam

Ad fenestram, ubi commodissime *Loiola* desultum spectet. &c. Quid faciet?

Ga. Patientia in advertis? *Mi.* St, contine te *Gaudenti. Jo. Scarabæe* seorsum.

Tibi

Tibi in aurem dicam acetiſſimum conſilium.
Sca. Statim. *Io.* Ocyſſimè, atq; audin'?
Sca. Intelligo. *Io.* A tergo, cum in portu navigat.
Sca. Pol venuſte.
Io. Eſne doctus hanc aſturiam? *Sca.* Rogas? affricuiſti omnem tuam nequitiam.
Io. Loiola latum oſtende caput tuum rotundum cum quadrato pileo.
Lo. Adſum tibi *Iodoce*, vah culina, poſtillator, ruſtice, procumbe bos,
Nunquam hujus ſclopeti ictum fugies. *Io.* Venerabilis *Loiola.*
Lo. Apage eſuritor Monache, faxo ut ingluvies tua hoc plumbum concoquat.
Faciam te oppedere, & animam illam cænoſam, exufflare cum crepitu.
Io. Domine Doctor *Loiola*, ſi unquam poſthac occidito. *Lo.* Utinam quotquot eſtis
Sæcularium ordinum, tam ſinguli generum quam genera ſingulorum,
Unum nunc eſſetis coram me individuum incommunicabile,
Ut unâ ſupploſione omnes tollerem. *Ga. Patientiam in adverſis, Iodoce?*
Mira ſane eſt hæc feſtivitas. *Io.* Audi obſecro.
En tibi Catabaſim ſive ſcabellum quod pedibus tuis ſuppoſui
Non ſine meo periculo; & vulnus mihi rependes pro gratia?
Lo. Ha lepidiſſime *Iodoce*! attuliſti ſcalam mi colende ſemilatine Diacone?

Ego

Ego ſales & facetias tuas non intellexi prius. *Io.* At at jocabar equidem.

Loi. Sentio ædepol, eſſne hic jocus tuus urbanus an ruſticus diſtinctionis gratia?

Suſpicacior ſum ne hæc ſcala ſit corpus mobile, & fugeret me

Si pede preſſero. remove te quantum potes mi amice, ſatis ſpectata eſt

Mihi tua probitas. *Io.* Quid hæres in formidine? tarditas te peſſundabit.

Loi. Sed placet mihi meo modo deſcendere adverſo corpore, ne à tergo forte

Injiceres tragulam. de catapulta meo non eſt quod metuas

Si quidem pyrio pulvere revera armatus fuiſſet. Væ tibi.

Iampridem *Iodoce.* Vado, vado. fames & vaſtitas eradicent

Scarabæum, & univerſam hanc familiam. *Sca.* Vade bonis avibus

Si quidem ſis funambulus, quæſo propera. Vade *Loiola.*

Loi. Quo feror! aut ubi ſum? hiccine eſt meus terminus ad quem, ut loquuntur Scholaſtici?

Io. Egregie magiſter, aut ſi mavis egregiiſſime: ſic diſputo.

Omnis peſtilens exhalatio pendet in aere. tu es peſtilens exhalatio, ergo.

Sca. Adeo concludit directe, ut contra ſi quis ſentiat, nil ſentiat.

Loi. Inepte cornicamini? méne quaſi piſciculum in lino conſtringi patiar? Sub-

Subvenite accolæ, ferte opem populares. *Cap.* Quid hic tumultus eſt?

Non licet ſpiculatori ſontem in patibulũ tollere?

Loi Sontem? cujus criminis *Capitano*? at videone armatam injuſtitiam,

Et otioſus hic omnis confluxit populus ad necis ſpectaculum?

Mar. Pendebis ſpurciſſime, pendebis: poſt dividetur cadaver tuum.

Lupis & canibus. *Loi.* Aio non licere canibus carnes eſſe in quadrageſimâ.

Capitano de ponte hoccine licet? ſupplicium exigere in audito crimine?

Ego diſtinguam millies priuſquam moriar. *Cap.* Ego bardus ſum niſi licet

Mattiâ, & Tribunitiâ lege hominem ſine diſceptatione judicum

Capite punire. *Ga.* Aut ſi non licet, poſtquam hoc frænum injecimus

Ejus faucibus & enectus ſit, in jus vocabimus.

Loi. Gaudenti, tune adverſaris paternitati Jeſuiticæ?

Gau. Quippe ni? Atlas ſupportat cœlum, & Jeſuitæ ſuſtentant inferos.

Ac. Me quod attinet, lætus ſum qui ædes habeam dignas hoc hoſpite.

Inſigne Jeſuitæ conciliabit lupanari meo magnam frequentiam.

Cap. Compendifaciamus hoc negotium. Tu lictor indagato quid ſecum gerit

Pravitatis ſub veſtibus. *Sca.* Pravitatis ſub veſtibus? an ille patietur. Quod

Quod mœchis solet fieri? *Loi.* O sævitum est immisericorditer!
Decies prius funibus me constringite. *Ma.* Manta *Scarabæe*, ingere manum
In caligas, ut experiamur quibus onustus sit ritibus & ceremoniis.
Sca. Prodi Sicarie cum armamentario Jesuitico, hem Sclopetum reboans;
Capsam nitrati pulveris cum plumbeis glandibus; pugionem sanctificatum:
Quinq; ficus aridas; sel viperinum; ampullam fortioris toxici;
Decem grana Benedicti Mercurii; miraculorum pix idem;
Epistolarum fasciculum à conjuratis fratribus. *Loi.* Immititte epistolas
Jubeo, quicquid est arcani apud omnes mundi legatos & proceres,
Inter illas chartas sacerrime occultatur. *Ga.* Optime igitur tradentur
Mercurio Gallo-belgico, & in populum emanabunt Francoforti
Proximis nundinis vernalibus. *Sca. Basta.* hic sunt adulterini nummuli
Loti, & ancisi aure; hæc omnia in meum recidunt peculium.
Lo. Nihil minus. hos oportet aureos pro naulo *Charonti* solvere.
Io. Infœlix *Loiola!* olim te attendisse oportuit meis monitis gravissimis,
At nunc demum audies, noli imprimis opulentiæ tuæ in patibulo prospicere:

Ego

Ego et *Scarabæus* dividemus illos aureos, prout decet fodales lepidos,

Tum poſtea noli te pigeat, ſcelera tua in os fateri omnibus.

Loi. Faciam ſed: Jo! quondo quidem hic funis non ſimplex eſt ſed ob'igatorius;

Ut loquuntur Scholaſtici, quicquid eſt in arcanis fibris retegetur oppido.

Duas vitiavi Abbatiſſas, ſeptem Moniales, præter nuptas & ſolutas virgines

Circiter centum quinquaginta, cavete omnes à ſceleratis conſortibus,

Commiſſa ſunt hæc omnia impulſore *Iodoco*

Io. Nunc rabioſe loquitur.

Loi. Commiſi impoſturas in aleâ, falſum latinum in concionibus,

Venenum in Culinâ, crapulam in jejunio, præter contumelias in principes,

Et corruptelas erga Iudices. ô cavete à ſceleratis conſortibus, feci hæc omnia

Impulſore *Iodoco*. *Ma.* Proinde huic junctus à tergore

Pendeat etiam frater *Iodocus*. *Io.* Debes amicis tuis hoc patrocinium fatue?

Ga. Venerabilis *Loiola*, ſi nihil fit quod fatearis amplius

Extenſus in longitudinem placide requieſcas in aere.

Loi. Cætera breviſſimè: pater mihi lanius fuit, mater erat exercita

In foro in ſecandis marſupiis; uterq; cultellum acutiſſimum habuit,

Qualis

Qualis hic est quem amoris ergô in sinu foveo.
Ma. Restem dissecuit
Immanis verbero. *Ph.* Sibi ipsi igitur salutem peperit.
Gau. Quid ais vir Mavortis? pater? *Martine? Faustina? Cælia?* festivitas.
Ma. Abi feralis Bubo. *Fa.* Clementium & lætitiam debemus thalamis.
Mu. Ha, ha. salvos abeat. *Ca.* Descendat. *Cæ.* Et nunc amoris est non supplicii locus
Nunc mutus vivat, olim fortasse pendebit pro cane rabido.
Mi. le voy pry: Ego ingens damnum sustinui quod non pependit mortuus,
Pauculis fortasse nummis vestes ejus à *Scarabæo* emerem.
Sc. Siccine cum jactura funis conclusum est hoc carnis officium?
Jo. Adesdum *Scarabæe*, mensa nobis dapsilis sternetur in nuptiis.
Sc. Poh. Spondeo me convivam, perage tecum solus hoc opus *Loiola* si vacat.
Loi. Digna & indigna patiar. Sed vindicta duplex est, aut immanens
Aut emanans, ut loquuntur Scholastici. *Ga.* Eamus ad convivium.
In vado sunt omnes molestiæ. hem non est Dæmon nisi tristitia!

ACTUS.

ACT. V. SCEN. IX.

Loiola, Iodocus.

Io. HA, ha, he, næ si tu basiliscus nunc fieres *Loiola*, scio quem limis
Oculis interficeres. *Loi.* Misera hæc est conditio.
Priscianus & Jesuitæ
Semper vapulabunt ab his stupidis fraterculis;
quos per stultitiam
Neminem posse fallere, tetricus juraret *Socrates*.
Io. Nam quid tu in comœdiis ageres? homo ad paricidia
Et proditiones promptior. mihi permitte sales & joculum,
Et si me audies, ingenium tuum tragœdiis transferas.
Lo. Tune profiteris nomen tuum in lepidissima Histrionia
Qui tam strigosam exhibuisti hac nocte spectatoribus fabulam?
Licet quidem cernere quantum auditores omnes
insertum est tædii.
Io. Antiquum obtines cum maledicis fortiter, nemo ex his subselliis
Surget sine plaudente dextera, nisi qui porcus sit ex hara *Martini*,
Aut catulus è spelunca *Loiolæ*. *Loi.* Quid ni igitur audaster impetras?

Io. Non

Io. Non ſumus inverecundi adeo, qui nos quic-
quam præmioli
Commeritos gloriabimur, niſi tu diſtinctione ſup-
pedites.
Loi. Verax ſum, enitar ſedulo. Spectatores Aca-
demici
Inclinantem jam comœdiam veſtris ſublevate ma-
nibus
Non ex condigno, ſed ex congruo, ut loquuntur
Scholaſtici.
Io plaudite.

FINIS.

STOICVS VAPVLANS.

Olim Cantabrigiæ actus

In Collegio

S. Johannis Evangeliſtæ

Ab ejuſdem Collegii Iuventute.

LONDINI,
Typis *R. C.* ſumptibus *Andr. Crooke*,
1648.

Dramatis Personæ.

Stoicus.	Dolor.
Peripateticus.	Tristitia.
Appetitus concupiscibilis.	Amor.
Irascibilis.	Ira.
Lætitia.	Odium.
Voluptas.	Desperatio.
Audacia.	Ratio.
Timido.	Citharædi.

Prologus.

VIri spectatissimi, spectatores optimi,
Vosq, pellepida & literata pubes, salvete undique.
Quod timidi speramus, audaces petimus,
Aures dum loquimur, faciles,
Dum agimus, conniventes oculos:
Tum vobis dignè agentur omnia, saltem gratiæ,
Quas si qua auris fastidiat audire, vel lingua loqui,
Utinam vel illa surda, vel hæc muta esset.
Famam venantur alii & plausum populi,
Nos leve tantum murmur & risum quærimus.

ACTUS

STOICUS VAPULANS.

Actus I. Scena I.

Stoicus, Peripateticus.

Stoicus consulens horologium.

Sto. STata hora præteriit, quem expectaram Peripateticus nullus venit,
Subesse aliquid oportet, hesterna credo disputatio creavit homini lassitudinem,
Et jam de somno cum gliribus certat. *Per.* Ipsus est, præterea nihil;
Obambulabo, quasi non viderim. *Sto.* Deus bone! qualis hic est *Peripateticus*?
Quam contumax? quam confidens? huic si qua falsa opinio semel insidet animo,
Citius speraveris astra æternos suos muratura cursus, quam sententiam suam

Peripate-

Peripateticam, quanquam toto cœlo erraverit, sic
sæpius aspexi cursum non mutantes
Licet errantes stellulas. *Per.* Ejа vero præfatur lepidè. *Sto.* Quanta mihi
Lubentia est, delirantem audire sæpius? *Per.* Ha, ha, he. *Sto.* Quoties inter nos
Lucta oritur, ego quæcunque dixero, omnia negat athleticè, inclamans protinam
Apage paradoxa Stoica, ille inevitabilis fati leges violat, irridens quasi fatuum,
Quasi vero fatis non ageremur omnes, quicquid mortales agimus, totum ex fato venit,
Nec fatum flectere Deorum quispiam posset, non *Jove* natus, non ipse *Jupiter*.
Per. Proh superi. *Sto.* Quod tamen Peripatetico fabula est, jocus & risus, cui ego
Infausta precor, & astra infœlicia. *Per.* At fatis sapiens sum, dominabor astris.
Sto. Quin porro in ipsam fœlicitatem injurius est, dum sine fortunæ munere
Non credit fœlicem satis; ingrate Peripatetice siccine fœlicitatem omnes?
Cui plurimum detrahis, dum addis minimum: ipsa sibi satis est, nec fortunæ
Indiga, tam indignam dedignatur comitem. *Per.* In paradoxis suis quam bellè
Blanditur sibi: compellabo, heus Stoice. *Sto.* At ista levia sunt, præ istis
Quæ memoro deliria. *Per.* Manu significabo homini, heus Stoice! *Sto.* Factus est
Patronus scelerum, affectus patrocinatur scelus.
Per. Affectus nominat, Auscul-

Auſcultabo parum. *Sto.* Affectus vero? homines vix Orco dignos, diis & hominibus
Inviſa capita, quæ ego ô quam pedibus proculcare geſtio! *Per.* Jupiter quid audio?
Sto. Affectus vero? O tempora! O mores! *Per.* Surdus credo eſt, certo certius male audit.
Sto. Quos quæcunque mundi plaga — *Per.* *Tit, tot,* Stoice. *Sto.* Ha, quæ vox aurem verberat?
Per. Poſthac citius audias ſi me audias. *Sto.* O Peripatetice advenis gratiſſimus,
Ego te hic præſtolatus diutule. *Per.* At ego ex præſcripto aderam.
Sto. Ego ſane heſterna tua paradoxa mecum deridebam ſuaviter,
Enim verò incommodè & conſilio malo fœlicitati adjungis fallacia fortunæ bona.
Per. Quippini? cum juncta fortunæ fœlicitas fulgere ſplendidius ſolet.
Sto. Quaſi vero non ſplendeſcat ſatis niſi juncta ſpinis purpuriſſans roſa,
Nec fulgeſcat niſi juncta nubibus reſplendens Cynthia. *Per.* At gratior
Spectatur inter ſpinas roſa; ipſa ſuâ Cynthia vix lucet luce,
Alienâ præfulget clarius: ſed heri de iſtis ſatis, non libet jam argutari longius,
Verum quid tu modo de affectibus tam inclementer dixeras, quaſi malè meritis?
Quæ iſthæc (malùm) fugillatio eſt? iniquè nimium philoſopharis & crudeliter;
Qui optimos peſſimis modis habes deſpicatui.

Sto: O tempora! O mores! Optimos?
Optimos ſcelus an impietas facit? *Per:* Ah tam
ſæviter, tam inclementer es inamabilis?
Falleris, affectus non ſunt tam malè meriti, ut
malediſtis peteres.
Sto; Non ſunt tam benè meriti, ut malediſtis
parcerem.
Per: Siccine opprobriis & contumeliis affixis,
quorum conſortio
Totus Microcoſmos fœlix fruitur? *Sto:* At Diis
iratis fruitur,
Cui certe optimè actum eſſet affectus ſi exulatent
penitus.
Per: Apage, acetum loqueris, ſic ſunt affectus meriti? *Sto:* Sic ſunt affectus meriti?
Per: Apage, nimis nimium es iniquus arbiter,
quid in te tantum imbelles affectus
Committere, quid pii potuere, ut ſic inſontes maledictis oneres?
Sto: O tempora! O mores! pii? inſontes? ſic ſunt
noti affectus tibi? monſtra hominum.
Per: Quin taceas furciſer, cohibe hunc animi effrænem impetum, nimis me iratum
Dictis concinnaſti tuis, an maledicis quia odiſti?
an, quod injuſtum magis,
Maledicis nec odiſti tamen? *Sto:* Superi, quo te
ducit inſania cæca?
Nonne affectus credis omnes hoſtes eſſe & morbos
animi? quis te malus abſtulit error?
Fallaces ſunt affectus, ſunt maleſuadi, ſunt
improbi, quid dicam porro?

Time

Timeo vel innocentes, odi vel amantes quoque.
Per: Si pergas maledicere,
Cave ne quid mali admigret tibi; nec enim affectus impune tantum patientur dedecus.
Proin cave tibi & mentem in melius flectas, noli interim iniquè ferre
Quod ego per amorem consulo. *Sto:* Tune affectus pios & insontes vocas?
Quam injustus rerum æstimator est iniquus amor!
Per: Quam iniquus rerum æstimator est iniquum odium!
Sto: Obsecro, an injustum est in injustos odium?
Per: Obsecro, an iniquus est in non iniquos amor?
Sto: O mores hominum malos! quoties lenocinatur animæ Syren Voluptas improba?
Per: At levis est vel nulla sine voluptate fœlicitas.
Sto: Quoties intemperiis agitur præ dolore animus?
Per: At insuavis est illa voluptas cui non miscetur dolor.
Sto: Quot letho dedit cæca nimium & præceps Audacia?
Per: At quoties eadem pro victoria fœlix fuit.
Sto: Quos perdere nequit Audacia, hos perdit Timor.
Per: At cui unquam nocuit cautus Timor?
Sto: In quot flagitia homines Spes vana impulit?
Per: At spirare nescit qui non sperare animus.
Sto: Quoties mortem suadet malesuada desperatio?
Per: At sæpius vita fuit desperasse vitam.
Sto: Quam misere miser est quicunque sub amoris regno vapulet?

Per. At nullum est tam ferreum pectus quin penetrent amoris spicula.

Sto: Quoties in aliorum perniciem sese armavit odium?

Per. At quicquid amare non licet odisse expedit.

Sto. Lætitia lascivire animus, mori præ tristitia solet.

Per. In re dolenda qui non dolet stipes est; in re gaudenda qui non gaudet stupet.

Sto. Quoties in furorem vertitur infœlix ira? *Per.* At licita ira sæpe fit fœlix furor.

Sto. O tempora! O mores! per Jovem, ego non irascor tamen: non diutius patior
Tam immeritum patrocinium; vale quantum est omnium. *Exit*

Actus I. Scena II.

Peripateticus solus.

Per. ABiit, abeat quo dignus est: ira me Dii ament ut ego hunc Stoicum
Nisi quod vocem edat, non crederem hominem; monstrum est homo ἄπαθὴς,
Uterque qui vult esse neutrum puto: Stoicum dura mater peperit,
Quæcunque fuerit quæ lapidem peperit duriorem silice, cui excuti non possit
Vel voluptatis vel doloris flammula: Atque hic vacillans hæreo Contumeliam

Contumeliam hanc utrum Affectibus referam, sive potius silentio premam.
Aliqua mea, fateor, est in Stoicum amicitia, at major in Affectus amor.
Si non dixero, de amore actum erit; si dixero, de amicitia.
O quam misera est inter amorem & amicitiam vacillans dubitatio!
Si non dixero, ingratus ero Affectibus; si dixero, Stoico.
O quantas in angustias adigor! ubi gratus esse non possum, nisi & ingratus simul.
Quid agam? loquar? an sileam? istud? an illud? neutrum, an utrumque faciam?
Verum agendum est aliquid, age anime, sic liber, fortior jam apud me erit amoris causa
Quam amicitiæ; Ingratus sim omnibus modo non ingratus Affectibus,
Age anime quod improbent omnes, modo Affectus probent. *Exit*

Act. I. Scen. III.

Appetitus Concupiscibilis, & *Lætitia* carnem crudam manu ferens.

Con. DIi boni, boni, ut esurio malè, nunquam minus solus sum quam cum solus,
Qui famem & sitim habeo comites mihi semper intimos, qui nunquam

A latere discedunt meo: natus credo sum in extrema Scythia,
Ubi habitat perpetua fames. O mendaces Philosophorum sententiæ,
Qui naturam statuunt nil frustra agere, quid mihi obsecro tot dentes dedit,
Cum nihil quod agant habent? certo certius fecit aliquid frustra.
O quam lubens luderem cum signo Tauro & cœlesti Ariete.
O mei animuli tenelli agnelli descendite cœlo; sed crepuere fores,
Quisquis est hujus ego me vel inviti inferam in amicitiam.
Læ: Ut omnia apud forum nimium cara sunt, tantillum carnis vix sex assibus emo,
Quod multo prius viliori pretio constitit, verum sic sunt mores hominum,
Cedunt in pejus singula, & viliora sunt præterquam quæ oportet omnia.
Con: Mirabar modo cur mihi sic gestiret venter, sciebat nempe paratum sibi esse
Aliquid in mundo bonum. *Læ*: Ha, ha, he, Appetitum video. *Con*: O Lætitia,
Vir virorum optume, vitæ & salutis pariter conservator meæ, terque quaterque salve.
Unicum mihi quæso frustulum quo vitam sustineam & languentem animum,
Ut est in adagio. *Læ*: Ha, ha, he, antiquum obtinet, nil præter adagia blaterat,
Et semesa proverbia; verum dic Concupiscibilis quid velis tibi.

Con:

Con: Vellem equidem quod omnes non dare superi possunt, non cœlum potest, tu vero potes.
Læ: Ha, ha, hę, nę̃ne putas superiorem superis, quibus nil supra est? effare obsecro quid velis?
Con: Vellem ut est in Adagio——*Læ*: Mitte Adagia, dic quid velis verbulo. *Con*: Vellem—
Læ: Sicsine pergis? Velle tuum nolo. *Con*: Siccine abis? mane, nolle tuum volo.
Dicam verbo, modo quid vellem factutum spondeas. *Læ*: Fac, spes est.
Con: Pish, pish, apage spem tuam; ut est in Adagio, spes non pascit. *Læ*: Quin spondeo.
Con: Non credam injurato. *Læ*: Per quicquid est in cœlo superũm sancte juro.
Con: Vellem hercle unicam, ahunicam hujus carnis particulam, boleum unicum, obsecro,
Licet qualem Claudius edit. *Læ*: Hoccine illud erat quod tam miserè vix vi expressieras?
Siccine esuris? *Con*: Oh immanissime, per hoc triduum vescor tantum aura ætherea,
Aëre & rore pascor, obsecro unam mihi unciolam?
Læ: Fieri vix potest,
Nam canibus meis istud sero. *Con*: Dii boni præstat hujus canẽ esse quam amicum aut servum;
Digneris quæso me canis tui dignari nomine, sunt mihi nares sagacissimi,
Pedes ad prædam veloces, ungues rapaces, nullime lepores impune prætereunt,
Obsecro sim canis tuus. *Læ*: Tu Canis Ægyptius es, bibes & fugies;
Hujusmodi canes ego non alo. *Con*: Imo erò in perpetuum tuus,

Et ut pediculus in crucem comes. *Le.* Ha, ha, he,
quam ingeniosus est carnifex,
Quam lepidus & inanis, qualis esset si satur esset?
sequere me ad ædes meas,
Faxo excipiaris basilicè. *Con* Spondeo lubentissime, eamus Lætitia, eamus.
Le. Cape sis hos cibos & me sequere. *Con.* Ad te
Bacche, ad te jam Ceres venio,
Qui miser fueram & nequam modo, jam ut est in
Adagio, ad bonam frugem redeo;
Ha, ha, he, hisce gradibus ad cœlum ambulo.

Act. I. Scen. IV.

Appetitus Irascibilis, Peripateticus.

Iras. QUibus ego te depeream nominibus? qui
tam gratum feciſti mihi & Affectibus
Quos ego æquè ac meipsum charos habeo: quid
ego huic amori ut par faciam?
Per. Ego certe Appetitus quod feci feciſſe æquum
fuit, amicorum enim famæ invigilare,
Amicitia est celeberrima; proin pati non poteram
maledicentem Stoicum
Qui affectibus indignas, se dignas contumelias
protulit. *Iras.* Fore tempus spero,
Quo reponant Affectus hanc gratiam tibi. *Per.* Imo
vero reponant ubi opus est,
Nunc actum nihil est quod vel minimam mereatur
gratiam.

Verum

Verum Appetitus neceſſum eſt abire mihi, manent me domi ſummi Philoſophi
Quos longa nimis detinuit expectatio: tu modo fac ut Affectus ſciant quæ dixi ſingula.
Iraſ. Sciant, ne dubites, vale fœliciter. Immortales ſuperi, quid hoc eſt ſi non ſit injuria?
Siccine immeritos contumeliis affici? facinus indignum homine vel barbaro,
Cui quæ poteſt par eſſe inhumanitas? ſint licet affectus omniũ digniſſimi qui maledicta hæc ferant,
Iſte tamen Stoicus omnium indigniſſimus qui inferat; ſed nimis longum loquor.
Ego ad Affectus propero quos domi meæ convenisse ex promiſſo ſcio,
Quicquid ago certam meditor perniciem Stoico.
Exit.

Act. II. Scen. I.

Lætitia, Voluptas.

Læ. Miror equidem Volupras mea, quæ Citharœdos iſtos remoratur remora.
Vo. Mecaſtor non conſonat dictis fides, jamdudum enim ex promiſſo adeſſe oportuit.
Læ. Miror quid ſubſit rei, num nos ludos habent hominum mendicabula?
Tu Voluptas mane hic parumper, dum ego quid agant viſo. *Vo.* At ocyus propera,
Abi, redi, vola, gravis eſt Voluptati læviſſima Lætitiæ abſentis mora.
Læ.

La: Tu interim inter has ſpirantes roſas decumbas molliter, quarum odore
Capti ſenſus, ſomnos placatos peragant, ſomnus voluptati debet eſſe dulcis
Et mollis torus. *Vo*: Vale. (*Decumbit*
O ſuaviſſimum roſarum thalamum
Illi quo cubant rex & regina cœli æquiparabilem!
O quam ſuave ſpirant
Redolentes roſæ, quam grata foliis pudentia ſedet
& verecundus pudor!
Tu dulciſſime Divorum Somne, pars noſtræ major & melior vitæ,
Illabere molliter, & delicatum infer ſluporem ſenſibus, quos iſto conatu
Perpetuo dabis devinctos tibi.

Act. II. Scen. II.

Appetitus Iraſcibilis ſolus.

PRincipium placet, hucuſque procedunt res meliuſcule, ſancta opportunitas
Obviam mihi affectus dedit, quibus ego palam feci omnia, aſtant affectus
Et ſacra ſua convocant, neſcio quid machinantes mali: frendet Dolor
Furorem ſpirans non verbis ſed ſuſpiriis: intumeſcit Ira: gladium vibrat Audacia:
Nil niſi Martem habet in lingua Timido, at nil minus quam Martem ſapit.

Sperat

Sperat & ſpirat Spes vindictam: deſperat Deſperatio, & pendet animi
Pæne adactus ad ſuſpendium: Odium enſem; Amor ſagittas parat.
Triſtitia pæne eſt immerſus lachrymis; at abſunt interim Lætitia & Voluptas
Harum rerum ignati juxta cum ignariſſimis, quos ego jam conventos velim,
Ut hujus quicquid eſt mali participes fiant.

Act. II. Scen. III.

Voluptas, Lætitia, Citharœdi.

Vo. O Lætitia, Lætitia, meminiſtin' heſternæ noctis? O quam ſuavis fuit uniùs horulæ
Per venerem ductæ lubentia, ut ego omnes mundi delicias invenuſtas dixerim
Præ una venere: Ah Lætitia meminiſtin? O quam me devinxiſti tibi arcto complexu tuo!
Nihil mihi æque ſuave in vita fuit, quam mellitiſſima tui oris oſcula.
Læ: Agite boni viri experiamur nunc quid poſſit ars veſtra modulari ſuavius. (*They play*).
Siſtite adhuc, Voluptatem dormientem video, huc nulla eſt ubi dormit mea Cynthia
Clauſis oculis quaſi tecta nubeculis: O dulce terrarum decus, roſarum pudor,
Quæ cum ante dulciter per te ſpirant dulcius: credo ſi dormientem

Conſpexiſſet

Conſpexiſſet ſummus Jupiter imbrem in gremium impluiſſet aureum.

Credo equidem hos vultus deperiſſe ſomnum. Ecce ut avide faciem

Oſculentur roſæ, & ſpinis pungunt molliter; ſic dulcis Luſcinia

Non niſi inter ſpinas dormire aſſoleat.——Plectra tangite, ſed leviuſcule.

Siſtite; erexit palpebras: ut lucent oculi! ſic poſtquam evanuere

Nubes, quæ vultus velarunt Phœbe tuos, priſtinus tibi recutrit decor.

Voluptas mea, ut vales? *Vol.* Non poſſum non valere optimè,

Cui adventus tuus ſalutem attulit. Cedo manum. *Læ.* Tuæ.

Sunt, hem tuas tibi, cui ſi ſic prodeſſe poſſem utinam centimanus

Eſſem: annon te placidus mulcebat manus? *Vo.* placidiſſimus,

Et ſupra quam dici poteſt, ſomnia ſuaviſſima: Verum iſtos

Citharœdos quæ detinuit tam longa mora? *La.* Ha, ha. he.

Nuptiis neſcio quibus intererant, quas ſine riſu ſpectaſſe,

Nec ſtupidus Heraclitus poterat, nec ſupercilioſus Caro.

Vo. Narra obſecro, audire geſtio. *Læ.* Illic ſponſa ſed & qualis.

Proſerpina in amplexu Plutonis ſui, ingeminantque conchatim. Oſcula,

Oſcula, quæ neſcio quid hircinum olent: hic Coriarius
Aſſidet cuticulam curans opiparis epulis: hic claudus ſutor
Fixus : ſt nil niſi crepidas crepans, qui ſutelis ſuis fidicines
Deluſit peſſimè: à dextra ſartor ſitus eſt (mirum quam
Penitus ad ſurandum artifex) quicquid dicit, omne tulit punctum.
A læva ſedet ſtolidus Candelarius, nil dicens niſi quod dictum prius,
Lucernam in meridie porrigens. Hinc aſtat faber
Viram ſe quæritare jactans per ferrum, & flammam.
Vo. O æternum riſus argumentum! *La.* Mox Corydon
Et Thyrſis, Menalcas & Damætas, cum ſua quiſque Venere,
Dii boni, quam invenuſte inſtituunt choros, plane prodigioſe,
Ut has cadentes ſtellas, illos ſaltantes capras dixeris.
Vo. Ut ego in hac cauſa nimis ridere poteram! vos. Citharœdi
Agite, aures mulcete quo poteſtis ſuaviori modulamine. *(They play.*
O bella Muſica! præ qua nugæ ſunt ipſæ Muſarum cantilenæ.
Iterum: ——O quam ſupra modum muſicè!
La.

Læ: O belliſſimam (*They play againe*)
Muſicam! erubeſceret mecaſtor ipſe ſi adeſſet Orpheus.
Vo: In auditam illam Pythagoræ harmoniam niſi hic nuſquam
Eſſe creduo: rurſum agite, ſuavi ſono totus hic reſoner locus ——
Siſtite, ingratus eſt auribus iſte ſonus —— & iſte ſonorus
Nimis. —— vah, nec ſatis iſte placet —— hucuſque —— nec dum
Arridet ſatis —— eia, nunc optimè. *Læ*: Apage curioſaces,
Non poterat pari Apollo modulamine. *Vo*: Ita me amet
Venus ut ego malè odi hominem cui chordæ non ſunt cordi.
Læ: Quiſquis non amat muſicam, eſt ſaxo durior & ferro ſævior,
Saxa ſecum Orpheus traxit, Amphion ſeras. ha, ha, he,
Jam vivere incipio ubi incipiunt curæ mori. *falalaleero.*
Vo: Hæc vera vita eſt, ubi lætitia dies, venere lætæ peraguntur
Noctes. Ego Deos Deaſque omnes nulla nobis ratione fœliciores
Autumo, niſi quod noſtræ voluptates veloces fluunt,
Illorum autem immortales & ſempiternæ manent.
Læ: Vivamus mea Voluptas, vivamus atque una — ha, ha, he,

Quis

Quis cætera neſcit? *Vo*: Sequemini ad ædes noſtras Citharœdi;
Ego huic muſicæ vel ætatem auſcultare poſſem.
Læ: Eamus,
Crux curis, valete ſuſpiria & ærumnæ quotquot in mundo
Eſtis, vos vero ſalvete hilaritates omnes atque lubentiæ.
Eamus. *falalaleero.* *Exeunt*

ACTUS II. SCENA IV.

Dolor, Stoicus.

Fugit Stoicus, inſequitur Dolor ſtricto gladio.

Sto: PRoh ſuperi! ſervate hominem non immemorem veſtri.
Dol: At non ſic abibis odium priuſquã pœnas meritis condignas luis.
Sto: Remove fulgentem gladium, reſplendens acies hebetat
Oculorum aciem. *Do*: Oh quam novum pæne ſum auſus
Facinus! ſed ah quid times? quid tibi male conſulis
Indulgens miſericordiæ? per ſuperos, niſi palinodiam
Canas ſcelus—— *Sto*: Sic ſolet eſſe cygni cantus
Prodromus exitii ſui. *Do*. O nimium fati verus
Interpres tui! niſi deſpuas quas loquutus es contumelias,

Enſe

Enſe hoc invida tua rimabor viſcera : Ecce ut præ ira
Inſanire libet mihi. *Sto.* Quid commerui? *Do.* Quid
Commeruiſti carnifex? mortem non minus: & moriere ut
Meritus es, forſan quos vivos odiſti nimium, moriens amabis
Melius, Amorem ſpirabit forſan exſpirans anima.
Et veniam fortaſſe petet ſupremus gemitus. Siccine
Male loqui melioribus, putidum, impurum pecus?
Sto. O tempora! ô mores! melioribus! *Do.* Jam morere ———
Ecce ut paratam manum impedit invitus enſis & tangere *(Hee throwes downe his ſword)*
Dedignatur tam nihili beſtiam. *St.* O tempora! gratias
Habeo enſi tuo ; mihi ſi dederis nunquam à latere diſcedet meo.
Do. Verum ſic abeo? iram tacitus vorabo meam? non faciam,
Hem tibi, *Tiff, toff. Sto.* Cedo dextram oro. *Do.* Hem tibi, *Tiff.*
Sto. At ſiniſtrè quidem percutis. *Do.* Noli ſiniſtrè accipere
Quod ego dextrè porrigo. Vix abeo priuſquam elinguem
Dedero, ut tandem tacere. ſciat cum neſciat loqui.
Exit Do.
St. O tempora! ô mores! ô pectus graviora paſſum! quam
Fruſtra

Fruſtra ſunt affectus omnes? illorum ego milleuas minas
Non aſſis æſtimo. plagas videre ſoleo imperterritus.
Ruant in me omnes, non poſſunt hunc perturbare animum, quem
Nullus ſecundis gaudentem rebus, nullus adverſis dolentem viderit. *Exit.*

Actus II. Scena V.

Audacio, mox *Ira*, & *Odium*.

Au. HA, ha, he, ficus pro Diabolo. Nemo opinor hominum eſt
Qui ego quod Audacio clueam, vel ex face vel ex
Fama non noverit. Quod ſi quis ſit qui me ignoret penitus,
(Quod fieri hercle poteſt, ſum en im homo perpaucorum
Hominum) quis ſim loquantur hi capilli Alexandri crinium
Æmuli: meos eſſe non fictitios lippis & tonſoribus eſt notiſſimum:
Loquantur iſti inſtar Cæſaris ſplendentes oculi: loquantur

Hæc

Hæc brachia, præ quibus imbelles ſunt vel tori
Herculis.
Loquatur enſis, qui plures vulnera vit, quam ſa-
navit unquam
Æſculapius. Apage precariam Achillis haſtam,
Quæ quos vulneravit, & ſanare præ metu voluit;
meus
Enſis ſecare non curare ſolet. O regium, ô ge-
neroſum *He brandiſheth his ſword.*
Enſem! acies autem quam acuta! hujus perire
ictu
Quam glorioſum eſſet cuiquam hominum! pro-
culdubio
Hic enſis eſt Martis enſi proxime proximus.
Nitor vero qualis! ardens inter aſtra lancea non
Poterat ſplendere clarius. Ut geſtio aliquem in-
terficere!
Ipſum ſi occurrat Diabolum: ficus pro Diabolo.
Cum iſtoc enſe quantus ſum mortalis! Magnetem
Ego illum magni facerem, qui mihi ferrum hoc ex-
traheret
E manu. Utinam vixiſſem cum infelici face arde-
bant
Pergama, certe furentes flammas hoſtium extin-
xiſſem
Sanguine, vel ſaltem lachrymis. O { *He kiſſeth*
generoſum enſem! { *the ſword.*
Ego te nimio nimis lubentius deoſculor quam
Amatores ſuas Veneres, expleri nequeo vel mille
Oſculis. Jam utinam commoditatem hanc mihi
Offerat occaſio ut conveniam *Stoicum.* quam lubet

Per

He brandisheth his sword.

Musicke within.

Per Deos interficere beſtiam? ficus pro Diabolo,
Heighda, ficus pro Diabolo.
Jupiter quid audio? quis iſte non virilis citharatum
Sonus, & mollis mulierculatũ muſica?
Utinam adeſſent ſterquilinia, fibras extraherem
In chordarum uſum. Nulla mihi teſtudo placet niſi
Bellica: nullus ſonitus niſi armorum ſtrepitus, &
Taratantara tara ra ra: nullus cantus niſi
Ejulatus hoſtium; non delectavit Herculem muſica,
Num me delectet?

Stoicum fugientem ſequuntur Ira & Odium.

Od: Tenete, ſervate, tenete hominem. *Au:* Quis iſte
Strepitus?——Ira, Odium ſalvete. *Ira:* Nonne
Vidiſti Audacio! *Au:* Quid agitis? quem quæritis?
Quisiſte creber anhelitus? *Ir.* Totus vindictam ſpiro.
Od: Nonne modo prætereuntem videras illud monſtrum
Hominum, Maſtigiam, Veneficum, Stoicum?
Au: Utinam per Martem meum. *Od:* Nonne videras?
Au. Utinam per Deos, utinam. *Ir.* Annon videras?
Au: Nuſquam gentium; qui ſi comparuiſſet uſpiam,
Periiſſet lumbricus indicio ſuo. *Od:* Num ſatis oculis uteris?

Ira

Ir. Dispeream, ni hac præterierit jam modo.
Au. Per Martem meum juro me hodie conspexisse nuspiam.
Ir. Dii boni! quid hoc est infortunii? percurramus
Hac, illac, qualibet, non effugiet scelus. *Exit.*
Od. Date superi ut videam, licet visu in medio moriar.
Ausugit? vah! non potest latitare diu: quid enim
Furorem, quod latet, latet meum? effugiet?
Non si Jovis alitem ascendat Ganymedes alter: excutiam
Curru Phœbum, licet Phaetontis fata quæram, & orbem
Novis accendam ignibus; non sic frigescit ira,
Quin si opus fuerit (quod fecit olim Hercules) ad
Orcum descendam & infernalem domum: extraham
Spelunca Cerberum, Plutonem solio; Ficus pro
Diabolo: quocunque fugit sequar, dabit pœnas improbus. *Exit.*

ACTUS.

Actvs II. Scena VI.

Concupiſcibilis. Iraſcibilis.

Con. O ſuaviſſime cibe, ut ego te me dullitus amo, utinam Meo ineſſes pectore, ut quam te charum habeam *With the meat in his hand ſtoln from Iraſcibilis*

Perſentiſceres. *Ir.* Hoccine rependis gratiæ
Ingrate carnifex? quo iſtud dolo, quave ſurripuiſti
Arte? *Con.* Ut eſt in adagio, Magiſter artis venter.
Ir. Dii te cum adagiis adigant ad inferos. At quamobrem
Mala merx? *Co.* Si vacat & placidus rationē admittas edam. *He gnawes the meat.*
Ir. Iſne ego ſum quocum ludas carnifex? *He ſtrikes the meat out of his hand.*
Con. Oh quam verum eſt adagium, male parta
Male dilabuntur. *Ir.* Reddas
Mihi ſcelus quod ſurripuiſti amplius. *Con.* Quaſi
Ego compilator ſiem: per omnes Deos ſancte
Juro, me præter cibum iſtum ſurripuiſſe nihil.

Ir. Non

Ir. Non credam vel jurato; vel reddas ocyus
- vel ego
Te in crucem tollam. *Con:* Nequaquam oportet:
Annon nosti adagium, Quæ supra nos nihil ad nos?
Ir: Redde inquam vel ego te castrandum dabo.
Con. Apage te à me, ut est in adagio, lapides loqueris.
Ir: Irrides furcifer? *tiff. toff.* *Con:* Per omnes Deos juro
Superos & inferos, me nihil surripuisse ampliùs. } *He takes away his Meat.*
Ir: Etiam reluctaris improbe? *Con:* Num animam eripies
Mihi? sic oportet anima ut abeat mea priusquam
Possem mori. *Ir.* Habe tibi in venenum precor:
Quod si ædes rursus intrassis meas, ego te
Stimulis sodiam. *Con:* Bona verba quæso: O animæ
Quod totum est meæ, O suavissime cibe, ah ut immori
Lacertis tuis pervelim! *Exit.*

Actus III. Scena I.

Stoicus, Audacio, Timido.

Sto: Pulcherrime hercle factum & consilio bono, } *Stoicus reading an indictment.*
Bene

Bene ego tangam homines, hoc erit futuri ludi
præludium:
Hanc ego dicam ad Rationem feram, qui Reginæ
noſtræ
Pſyche eſt à ſecretioribus conſiliis, magiſtratum
noſtrum
Summum atque optimum, qui ſi hac in re opera
mihi
Adjuvantem dederit, non eſt quod dubitem affectus omnes exulaturos
Protinam. Impalleſcent his chartis ſimulac inſpexerint,
Ubi unaquaque linea longam cuique precatur
literam.
At perlegã diligentius paulo, nequid erroris lateat.
Au. Etiam reſtitas Timido? piſh, piſh, ficus pro
Diabolo.
Exi: nihil hic eſt quod metuas: ipſus ſi abeſſem
hic nemo
Hominum eſt. *Tim:* At nemo eſt hominum quem
metuo magis.
Au. Exeas: ſpondet hic enſis tibi ſalvum exitum.
Tim: Ea lege exeo. *Au:* Age, age, præcede parum. *Tim:* Tune
Ut à tergo ſis qui mihi dignitate & honore præis?
Satis mihi ad gloriam erit ſi ſequar velut umbra
tui.
Au. Recte, recte, magni nominis umbra. At cave ne
Propius umbram acceſſeris, terrebit te vel umbra mei.

Cave

Cave tibi, cave. O ſi iſtud populi ludibrium conveniam
Stoicum, quocum expoſtulare poſſem hanc injuriam,
Per Martem meum, & quicquid inſuper Deorum in cœlo regit
Non feram, ſerius aut citius luet. *Ti.* Pol minatur magnifice.
Au. Quem ſi prendero caſtigabo ampliter, tantum non occidam.
Ti. O ſuperi! vigilone an dormio? quem video? *Au.* Quo, quo
Recurris Timido? *Ti.* O Diabole! *Au.* Ficus pro Diabolo.
Ti. Ecce, Ecce. *Au.* Ubi? quis eſt? quiſquis eſt vixit ſatis.
Ne metuas. *Ti.* Hei mihi. *Au.* Oh Stoicus eſt, nemo eſt
Quem mallem omnium. *Sto.* Omnia rectiſſima: ſed quis iſte?
Au. O Stoice obviam conabar tibi: ſalvus ſis, *Sto.* Satis
Salvus ſum, tu vale, mihi properaro opus eſt.
Au. At ſi per otium licet, eſt quod te conveniam paucis.
Sto. Non licet, vale. *Ti.* Non licet valere mihi.
Au. Non licet? at per Martem licebit. *Sto.* Mitte obſecro.
Au. Mitte obſecrare. *Sto.* Neſcis quæ me mala manent
Si vel parum permanſero; vale. *Ti.* Æquum eſt ut Vale-

Vale-dicas ægris, abeat obſecro Audacio; negotium eſt

Homini. *Au.* Nullus abis niſi prius palam feceris

Quid modo legeris. *Sto.* Iam ſune opus eſt, res ad reſtim

Rediit. *Ti.* Abeamus obſecro, minitatur funem.

Au. Age, age, niſi hiſce conditionibus non abis. *Sto.* Quid conſulis

Caput?——habeo, habeo. hem tibi epitaphia quædam, quæ

Ego mecum deridebam modo, nugæ ſunt & vere mortualia.

Au. Cedo tamen, inſpexiſſe libet. *Sto.* Hem tibi.

Au. In Curſorem ——Vixi & quem dederat curſum fortuna peregi.

In ebrium enſe cæſum——— Scelus eſt jugulaſſe falernum.

Amphora non meruit tam pretioſa mori.

In Papam mortuum ——— Petrus dormit ſecurus.

A. Ut nimium feſtiva ſunt, verum aliud eſt quod quæro.

Sto. Alia quæras licet, mihi abeundum eſt. Vale.

Au. Tam cito te in pedes, extorquebo vel ingratiis.

Ti. Noli ſuccenſere, Æneæ magni pede cadis,

Au. trips up his heels, & pulls the indictment out of his pocket and reads it.

Et Æneæ magni dextra ſurgis. hem dextram
Tibi.—*Tiff, toff. Au.* Vide ne auſugiat Timido.
Sto. Non eſt regale differre grates: hem dextram tibi. *Tiff.*
Ti. Si pares lacerti mihi, vel par ætas eſſet, ſentires
Qui vir ſiem, quem ego ſi non impar congreſſus eſſet
Pentheum facerem vel Hippolytũ. *St.* Vale, vale:
Non vacat aures verbis dare. *Au.* Impune ut abeas?
Quorſum ergo hæ manus? *Ti.* Aut hic enſis?
Au. Iſtam tu dicam trivenefice? loquere, hancine tu feciſti
Annon? *Sto.* Fecinum id ſuccenſes mihi?
Au. Sancte Divum! ſiccine te nos inſimulare probris,
Impune? *Ti.* Perfide. *Au.* Perjure. *Ti.* Sterquilinium, (*They beat* Sto. *about the ſtage.*
Mendax, flagitium hominis. *Au.* Impune feres?
Tum Martem mihi meum iratum habeam. *Sto.* O tempora!
O paſſum graviora! *Ti.* Iam te Stoice in
Certamen provoco, tu Turnus eris, Æneas ego,
Pugnabimus in Arabia fœlici, & ne dubites, in pignus
Hanc chirothecam accipe. (*manu percutit.*
Au. Ut libet mihi cruorem
Capitis inviſi Diis libane? tam inclem enter nobis?

Siccine

Siccine immeritas maledictis oneras? *Sto.* O tempora! ô mores!
Au. Ut cerebrum hæc maledicta excutiunt mihi!
Ti. Cave
Ne cerebrum excutiam tibi Stoice. *Au.* Ecce ut
Languescunt defessæ manus, nec dat veniam furori
Indulgens animus: ut me miseret hujus verberæ
Statuæ? credo equidem præ stupore in marmor abiit.
Quæ mala sentit levior, quæ stupet gravior est infœlicitas.
Ti. O quam egregia virtus est Asinina hæc patientia!
Au. Vale stipes, funge, caudex. *Ti.* Ah Stoice, jam
Nosti quantus ego sum mortalis. *Au.* Quid tardus hæres?
Ti. Num sterilis est prospectus? *Au.* Eamus, nil metuas.
Annon vides hunc ensem? ficus pro Diabolo.
Ti. I præ, sequar. (*Exeunt Aud. & Tim.*
Sto. O passum graviora pectus! quid istud est rerarum?
Ubi sum? credo apud sustitudineas insulas,
Fortunatis ex adverso sitas, ubi vivos homines

Mortuæ incurſant arbores : at eſto : mala timenda
Aliis, non ſunt timenda Stoico: facile eſt inferre, ferre
Facilius: muniunt patientem mala, quærentem premunt.

Actus III. Scena II.

Stoicus, Odium, Ira, Triſtitia, Spes, Deſperatio.

Fugientem Stoicum prehendunt.
Od. Per Deos beſtiam video. *Ir.* Prehendas, fugit.
Od Quo tu tam citus avolas? *Sto.* Quid tibi id curatio eſt,
Odium? *Od.* Scies. *St.* Quid tibi me tactio eſt, Ira?
Ir. Senties: immo quid tibi nos tactio eſt, mendice homo?
Sto. Mitte obſecro, mihi hinc abeundum eſt illico. *Od.* At paucis
Te prius volo. *Ir.* Non verbis ſed verberibus.
Sto. Quid brachia tam ſtrictim prenditis? ulnas ego laxas malo
Et languidiuſculas. *Od.* Placent amplexus amoti pares, *Spes intrat.*
Arctos utroſque volo. *Sp.* O inveniſtis hominem!
O factum bene! *Tri.* Immo pol optime. *Deſ.* Regie & Pollu-

Pellucibiliter. *Ir.* Oh Spes, Triſtitia; Deſpe-
ratio,
Opportune veniſtis admodum. *Deſ.* Salvus ſis Stoice. *Sto.* Non Pôſſum non ſalvus eſſe tanto ſtipa- tus ſatellite, ſed } *They ſtand round about him.*
Quid vultis viri? dicite obſecro. *Od.* Uno verbo dicas
Velim, quid nobis immeritis ſic inclementer dixe-
ris.
Sto. Eia vero immeritis? ô tempora! ô mores!
Ir. Loquere
Carniſex ne in æternum ſileas. *Tri.* Quid tu nos ſic
Famigeraſti male? *Sto.* Papæ! *Deſ.* Quin lo-
quere
Furciſer, injuriam nobis feciſti annon? *Sto.* Fa-
teor
Pol maximam. *Od.* Ob iſtud vapula. *tiff, toff.*
Ir. Nam quamobrem trifur? *Sto.* Quia male ſatis non dixi
Peſſimis, nec digne ſatis indigniſſimis. *Sp.* Ob iſtud
Rurſus vapula. *tiff, toff.* *Deſ.* Mox tibi pol maxi-
mam
Quia non in crucem tollimus. *Sto.* Illic vos fata
Trahent funeſto fine. *Od.* Siccine maſtigia? *tiff.*
Sto. O paſſum graviora! O juſta cœlorum numina! per Iovem

Ego nonitascor tamen. *Tri.* Iam languerunt lassatæ,
Non satiatæ manus. *Sp.* Ha, ha, he, ut defessus sum
Verberando pecus? *Ir.* Hercle non vidi tergus asinius.
Des. Si in malis ferendis verſetur altera pars fortitudinis,
Sit iſte Stoicus ſupra mortales omnes fortiſſimus.
Eamus, qui lapidem verberat ſentit ipſe infortunium.
Ir. Eamus, erit ubi conveniemus alibi. *Sp.* Vale mi
Belle Aſine, & hoc capias in æternam memoriam mei. *Hee breaks his head.*
Sto. O tempora! comminuit mihi caput ſcelus: ut fœdat
Sanguis vultus, & collare iſtud elegans oris decus.
O ſi adeſſet ſcelus! hominem ego enecatem verbis,
Niſi tincturas emacularet penitus. qualis hic eſt
Fortunæ luſus? pugnarunt illi, at ceſſit palma mihi.

ACTUS.

Act. III. Scen. III.

(*Stoicus rubbing his hand.*) *Amor, Latitia, Voluptas.*

Vo. VInum vero ſatiſne arriſit vobis? *Am.* Enimvero
Lautum fuit in omnem modum. *La.* Mihi quilibet
Cyathus toto fonte Lyæi ſuavior: ipſum ſi adeſſet
Nectar Iovis, non exhauirem amplius. *Vo.* Potuiſtis
His verbis parcere, niſi tanta vobis eſſet comitas?
Sto. Ecce ut ſanguinem ſudat ſudariolum, & erubeſcat,
Quod invitum tingat alienus color. *Am.* Sed eccum
Quem volumus Stoicum: Voluptas tu intus ſecede
Parum donec evocavero, ex pecta luculentum ſacinus.
Vo. Libentiſſime vos interim ludite blanditiis &
Palpationibus hominem, fingite me amare modulli us.
Am. Ne dubites: ego poeta ſum ad hanc rem unicus.
Sto. Iam ad Rationem manibus demiſſis propero.

Sed quam novam remoram video? *Le.* Philoſo-
phorum
Philoſophe ſalve multum. Dii te—infœlici-
tent.
Sto. Viri peſſimi ſalutant virum optimum,
Am. Hui
Tam male nobis? nos quicquid agimus, totum
tibi
Militat, modo tu conſilium probes veterani
tyro.
Le. In gratiam tui meditor quod erit in æter-
num
Saluare tibi. *Sto.* Dicite quid vultis ver-
bulo.
Am. Potin' es unicum agere quod cedet in rem
tuam?
Sto. Quid ni poſſim? *Le.* At potin' es? *Sto.* Poſ-
ſum.
Am. At potin' es certe? *Sto.* Quid non poſſit
lucri ſui
Avarus animus? *Am.* Uno igitur verbo, potin'
es amare?
Sto. O tempora! ô mores! ſuperi, quid iſtud
eſt quod
Amare vocas? *Le.* Ha, ha, he, quantus hic eſt Co-
rydon?
Am. Nil aliud eſt quam fœlix fieri, & Diis ſimilli-
mus,
Quem non Deorum flexit? quod numen non
Exoravit *Amoris* nomen? *Sto.* Sancte cœli-
tum,

Quid

Quid eſt amor? *Læ.* Ha, ha, he, neſcis quid ſit amor?
Eſt Deus ſine fulmine, eſt mel ſine felle,
Eſt roſa ſine ſpinis, eſt Nectar & Ambroſia,
Ha, ha, he, neſcis quid ſit amor? *Sto.* Aſt ego Nectar
Iſtud & Ambroſiam ne ſummis labris deguſtavero.
Am. Neſcis quid ſit amor? eſt jocus, eſt riſus——
Sto. Abſtine quæſo, nec jocus iſte mihi, nec riſus arridet
Satis. *Læ.* Neſcis quid ſit amor? eſt gratia,
Eſt decor, eſt lepos, eſt hilaritas, eſt venuſtas,
Eſt venus. neſcis quid ſit amor? *Sto.* O tempora!
O mores! *Am.* Verum non amat longas
Ambages amor: verbuſo, eſt virgo quædam iſtic
Ex vicinia quæ te amat præ omnibus unice,
Cui tu intus cubas in præcordiis. *Sto.* Méne
Ut virgo amet? quin ego odi male omnes virgines,
Omneſque mundi veneres merericulas. méne?
Am. An Vero homo non es qui ſic ſpernis
Humanum genus: quin flecte in melius mentem;

Illa quæ te deperit, eſt præſtantia corporis incom-
parabilis
Forma fœliciſſima; eſt morata, eſt dotata
ſatis,
Per Deos quid eſt quod velis amplius?
Sto. Tam formoſa vero? *La.* Formoſa? ô an-
guſtias verbi!
Si juncta eſſet Veneri, vel illam potius dice-
res,
Vel utramque Venerem: præ illa nugæ
ſunt
Improbulæ omnes Poetarum Amaſiæ. *Sto.* Pænè
deperire
Poſſem tam formoſam: ô ſi tam fœlices eſ-
ſent,
Ut intueantur oculi! *Am.* Quid ſi tibi hic ſiſtam
illico,
Ecquid erit gratiæ? *Sto.* Dubitas? ingentes
agam;
Peterræ enim venas invita Venus. *Am.* Tu
hic
Parum permanta brevi viſurus tuam Venerem.
Exit.
Sto. Quales ego hos homines ludos faciam? docte
ſimulabo
Amorem, cautè diſſimulabo odium. Stoi-
cum ut
Amare crederent? O tempora! ô mores! *La.* Ha, ha,
he.
Quam juvat deridere hoc populi ludibrium?
illum.

Ut

Ut Voluptas amet; calescens puella frigescentem
Senem? citius amabit ignis aquam. *Sto.* Eloquar
Quasi amaverim, licet citius amabit aqua ignem.
Le. Stoice, modo sit gratum tibi, docebo te quomodo
Possis Amasiam tuam ambire aulice. *Sto.* Nihil mihi
Gratius, lubens ego te doctorem expeto. O egregium—— (aside.
Asinum! *Le.* Ego mores amatorios callide calleo,
Quippe qui non novitius sum Veneris discipulus,
Cujus sub regno vapulavi sæpius: nec Tyro sum, qui
In ejus castris militavi diutulè non sine gloria.
Sto. Tam doctum convenisse Doctorem certe voluptate est.
Le. Ha, ha, he——age ergo, te Amasiam, me amatorem
Fingas. *Sto.* Optimè. *Le.* Primum igitur caput (*He teacheth him to complement.*
Aperi,——sic. *Sto.* Optime. nil supra. *Le.* Dein (*Stoicus imitates him.*
Manum osculare, hoc enim palmarium autumo.
Hoc modo aulicè; hanc artem ad unguem callere debes.

Mox

Mox corpus incurva, & genu flecte : hoc ſic ages
Rectiſſime. Pedem vero extendas ultra Garamantas
Et Indos, hoc modo—— viden' pedem? *Sto.* Age,
Progredere. *Le.* Poſtquam propius acceſſeris,
Sic agas; ſic fari incipias. Quod numen in terris
Ortum video? O cœleſtem fœminam! quam plena eſt
Numine? dein mento apprehendas, & ſic fare—— (*He takes him by the chin.*
Salve Diva in qua concurrunt centum & quadraginta
Gratiæ. Qui hunc numerum non tenet, nullius
Numeri amator eſt. *Sto.* Dii boni ut inſanire amatores ſolent!
Le. Poſt colloquium progredere ad oſculum: in Veneris
Caſtris ſunt Antecurſores baſia: mox ſic alfare:
Si vel digneris oſculum, quæ tibi labia parem reponent gratiam?
Poſt figas oſculum, at molliuſcule, ſic.
(*They kiſſe clownishly.*
Vah fœtet—— (*aſide*): nectar ſpirat & Ambroſiam.
Sto. O tempora! O mores! *Le.* Hinc ſingulas partes

Lauda-

Laudabis aulice. Primo pedes. ——Pedes vero quales,
Quam generoſi? Non habuit Achilles pares. *Media*
Vero quis ſatis laudaverit, niſi qui Zonam ſolverit?
Sto. O diſtinctos amatorum mores. *Læ.* Cedo manum——
Vincit intactas nives. ut deoſculari juvat —— vah nil niſi *caſide*
Furtum olet. Mox per Dactylos quaſi per pedes altius ſcande.
Omnium ſupremum ſit caput, cujus crines comparabis
Barbæ Apollinis. *Dentes* oſtendat facilis hiatus *(He gapes.*
Canididiores muko Elephanti dentibus: pænè ut
Ipſum ebur ſuperent: non habuit Lucretia pares.
Sto. De dentibus quam acutè, quam lepidè! *Læ* Linguam
Exere.——O omnium quas unquam Sol vidit formoſiſſima: *Hee puts out his Tongue.*
Indigna pol eſt quæ mendacium dicat: non habuit
Cicero parem. *Sto.* O tempora! O mores! *Læ.* at labia
Qualia? quis invenire poterit lactucas dignas labellis tuis!
Naſus autem qualis ac quantus? quis odor dignus

Satis

Satis inveniri poſſit tali ac tanto naſo? non habuit
Jovis Europa parem, non ipſe Jupiter niſi ubi in
Taurum verſus eſt. *Sto.* Ædepol naſutus homo eſt:
Læ. Siqua latent meliora puta. Sed q is exit? Venus *(Intrant Amor & Voluptas.*
Et Cupido. *Sto.* Ego ut amore ardeam! Jam uram
Homines probe & callide. *Læ.* Ha, ha, he, procedunt res
Meliuſcule. *Am.* Noli homini dignari oſculum,
Ne ſentias inſuave ſuavium. *Vo.* Curabo iſtoc
Satis, me non attinget vel ſummis labris. *Læ.* Aggredere
Jam ut amatorem decet, aulicè, aulicè. *Sto.* Mitte me,
Non opus eſt te Doctore. *Læ.* Quam hìc eſt ad amuſſim aſinus?
Sto. Ecce deſcendit cœlo Cynthia, Endymionem ut oſculetur
Suum: ——Dii boni, Voluptas eſt, illa triobularia
Meretrix: bellum vero & pudicum proſtibulum populi.
Quam ego tangam bene. *Am.* Hem tibi Stoice
Quæ te amat unicè. *Vo.* O animæ quod totum eſt meæ,
Niſi mecum ſemper maneas, & ames mea anima,
Morior illico. *Læ.* Aggredere, aggredere, quam potes optimè, ha, ha, he. *Sto.*

Sto. Irridebo ſuaviter: quod nuper in terris ſcortum video? O
Sceleſtam Fœminam! Oh lena eſt lumine! *Am.* O Jupiter!
Læ. Cœlũ, terra, cœlites! *Vo.* Suſti- { *Voluptas ſcratcheth him.*
neam quin in oculos involem? }
Sto. Num invitum oſculaberis? Mitte me. *Vo.* extirpabo oculos.
Læ. Quid eſt quod ego ex te audii carnifex? *Sto.* Quod ego ex te audii
Carnifex. *Am.* Túne iſta ſcelus? *Vo.* Túne iſta mi Lætitia? *Læ.*
Eadémne ego? *Sto.* Eadem. *Læ.* Egó- { *They beat Stoicus.*
ne iſta? *Sto.* Eadem, ipſa,
Ipſiſſima. *Vo.* Peream malè ſi hæc patiar--*tiff-toff.*
Læ. Egóne eadem? hem tibi. *tiff, toff.* *Am.* Ille eadem? hem tibi. *tiff, toff.*
Sto. O tempora! O mores! *Vo.* Scelus ſceleſtiſſimum, hæccine in
Contumeliam mei? ſcortum? lenam? ut pæne differor his dicteriis?
Sto. Jam ego ſub Veneris regno vapulo. *Læ.* Ut te Dij omnes
Infœlicitent. *Am.* Perdant. *Vo.* Interimant. *St.* ô paſſum graviora!
Vo. Nonne effodiam oculos? *Am.* Mitte aſinum Voluptas, noli dignari
Alloquium. *Læ.* Noli vel aſpectum. *Vo.* Utinam aſpectus mihi eſſet
Quovis Baſiliſco nocentior, ut vel viſu inviſum interimerem.

Ut

Ut videat ut pereat. *A.* Vale ſcurra, ſterquilinium.

Vo. Vale inhoneſte, impure, fatue.

Act. III. Scen. IV.

Stoicus ſolus.

Sto. DII veſtram fidem, ut ludit affectus amabilis inſania? nónne ut amare crederem?
Apage hanc nequã Deam Venerẽ, quæ poſtquam orta mari eſt, fluctuantibus
Amantium pectora inquietat æſtibus. Ego ut Voluptatem amare
Poſſem, lenam illam, meretricem improbam? ah quot illa Siren
Cantu incantavit improba! quot illa Hyæna amplexu
Interemit ſubdola! huic ego Sireni non obſerabo aures? hujus ego
Hyænæ in amplexus? citius in mortis ruam. Sed quid tam longos
Sermones fero: Surripuit mihi dicam Audacio: ſed nihil valet,
Parabo aliam, quis eveniat exitus nil penſi habeo: omnia feram
Spartana nobilitate, non curo quid evenerit mali, modo oderit

Affectus

Affectus Stoicus, oderint Affectus Stoicum.

Act. IV. Scen. I.

Appetitus Concupiſcibilis, Iraſcibilis.

C. SIC me ludos fieri? Ut illum Dii omnes infœlicitent: parciſſime parcum Lætitio, præ quo prodigus eſſet vel avarus Euclio: erit ubi referam ſacrilego gratiam, qui ſic impoſuit mihi. O quam plenus ſum inanitate! (*pectus percutit.*) Inſonuêre cavæ, gemitumque dedêre; Hei ho: O fœlices ſuperi quibus cibus & potus eſt Nectar, & Ambroſia: fœlix ego ſatis eſſem ſi pro Nectare Lethen biberem, ut hujus quæ me macerat, famis oblivi ſcerer. Sed quem video?

I. Ita me Dii ament, credo hunc Stoicum ex duro Deucalionis genere tum demum natum, ubi ſaxa incaluerint, nil enim aliud eſt niſi lapis vivus, omnia (ut i mihi Affectus narrant) patitur Æacidino animo, & affectuum iral ætus fruitur. *C.* Blanditur, compellabo hominem. *I.* O imbe les, languidas, enervas affectuum manus!

C. Homo minimè malus ſalutat virum optimum: ut eſt in adagio——

I. Dii te omnes. *C.* Saturent precor. *I.* At infortunio. *C.* Ehu, Hui, Eheu! *I.* Quid iſtud eſt ſuſpirii? *C.* Fames, ſitis, ſitis, fames, nec

fine

ſine vobis, nec vobiſcum poſſum vivere. *I.* Nil in ore habet præter famem & ſitim: verum quid tu tam triſtis es?

C. Lætitia miſerè me ludos fecit. *I.* Quidum obſecro? *C.* Ad prandium vocat, in penarium ducit certè ſplendidiſſimum, hinc magna ſpe paſco animum: verto, inverto, everto omnia; omnia adverſa video: mediusfidius lautior erat ſpelunca Baucidis & Philemonis: diſpeream, ſi quicquam viderim præter murem unicum.

I. Rectè, rectè, tu muris inſtar es, qui ſemper comedis alienum cibum. *C.* Hominem ego incuſo protinam, quod ſic incluſerit: montes inquam pollicebatur aureos, verum ut eſt in adagio, naſcitur ridiculus mus. Ille irridens ædibus extruſit illico, & quod multò magis ſtomachos, impranſum. *I.* Nonne male precatus es homini? *Con.* O immaniſſimè. *I.* Pol miſeret me tui, Vale. *Con.* Abiit, Vale? O quam ægrum eſt animo iſtud Vale? Spectatores, ego vobis bona in ſcenam affero, ipſe jejunus abeo, vobis animi, oculi, & aures ſaturantur ampliter, mihi fame inteſtina crepant.

ACT:

Act. IV. Scen. II.

Dolor (in a ſheet,) *Concupiſcibilis, Audacio.*

Dolor præ melancholia ſe credit mortuum.

C. QUod ſpectrum video? quam animam evomuit Orcus? hunc ego nullius coloris novi, quem eſſe rebor? *D.* Nollem pro quantum Elyſium valet rurſus hominem induere: Viventes miſeri, fœlices mortui: vivam niſi dulce eſt mori. *C.* Ha, ha, he, Dolor eſt, & præterea nihil, jam non eſt quod metuam, nam ut eſt in Adagio, ſunt omnia protinus alba. *D.* Petiit patri longiores annos votis infauſtis Jaſon, infauſtiori autem Medea dedit, cum mors de nullis ſit malè merita, niſi quibus nimis ſera venit.

C. Compellabo: ſalvus ſis hominum candidiſſime: quæſo pro candore tuo cœnam digneris famelico, quem aliàs vivum non eſt viſurus Veſperus: ah morior! *D.* Fœlicem reddis, dum memorem facis illius rei, cujus mihi jucunda eſt recordatio.

C. Hoc quidem dictum eſt haud malè: ô hominem opportunum mihi, ſumne ego tecum cœnaturus hodie? *D.* Siccine alloqueris mortuum?

C. Mortuúmne? ha, ha, he, ô delicatum animi deliquium! túne mortuus obſecro? *D.* Aſpice,

ce, an quicquam præter umbram vides?

C. Spes cœnæ periit! bolus ereptus est è faucibus & ut est in Adagio——mortuo verba feci——ha, ha, he, quantus ego stipes sum, qui non præsenseram, quæ jam sentio omnia: Solita vexat hominem Melancholia, præque illâ se credit mortuum, &, ut hoc morbo laborantibus accidit, contra ne Apollo quidem persuaserit. O Melancholia, quanta tu venefica es? quanta hic est materies deridiculi? sed ecce incedit Audacio, videbo quid agat homo.

A. Quas larvas haurio infœlici oculo? quæ spectra intueor? *C.* Audacio, unicum si mihi spondeas panis frustulum, ego te istoc liberabo metu. *A.* Ut metuat Audacio? abeas carnifex: sinas *(gladium stringit)* umbram ut metuat Audacio? ficus pro Diabolo, interimam. *C.* Quid agis inscius? *A.* Utrumne Hectoris an Herculis umbra est? Hector, & Hercules & quisquis me territare ausit, sic sic pereat. *C.* Siste furentem impetum. *A.* Quid non audeam si sim Audacio? Quid sim Audacio, si non audeam? ficus pro Diabolo, interimam. *C.* Immerentem perimes. *A.* Meruit satis, quicunque ausit larvatus obire mihi.

C. Num amicus amicum perimes? *A.* Amicos omnes, etiam meipsum, modo larvam perimam: Verùm quem tu amicum nominas? *C.* Iste, quem tu larvam autumas, Dolor est, jam miserè vexat morbus Melancholicus, usque adeo ut secredat mortuum. *A.* Potin'es verum loqui?

C. Æquè

Holding his hands

C. Æquè ac ipſa veritas, & ut eſt in Adagio, omnia ex Tripode. *A.* Benè eſt, quod prædixeras, ob iſtud factum epulis ego te ſaturabo gravidis.

C. Ob iſtud dictum gratiis ego te onerabo grandibus. *A.* Tu Concupiſcibilis receſſim cede, donec ego hominem paucis convenero.

C. Libentiſſimè. *D.* Ut lætè erramus in his amœnis lucis leves umbræ? *A.* Dolor ut vales? Quid iſtuc eſt ornatus? cur tam inconcinnus prodis cultu tam inſolito? *D.* Convenit hic cultus mortuis, habitus iſte & ornatus umbras decet. *C.* Tam herclè vivus eſt quam argentum vivum, viden' ut expeditè hinc et illinc ambulat? *D.* Salve frater, gratiſſimus advenis ad Elyſios campos. *A.* O cœlum! O ſuperi! *D.* Jam ſenties quàm fœlices umbræ ſumus. *A.* Quas ſibi fingit ſpecies inquietus animus? quid tu de mortuis, et umbris verba facis? *D.* Sic mortuum, et umbram decet. *A.* Túne iſtæc quem video valere optimè? *D.* At non valerem, niſi eſſem mortuus: non vides Ditis domos? *A.* Ditis domos? ficus pro Diabolo. Apage à te hæc deliria, quis illunc tibi ſtuporem intulit? *D.* Voluntas divûm, et fatorum vices, quibus ego iraſcor merito, quod tamdiu invitam hunc mihi ſervarunt animam. Tu fatis gratias agas, quòd te tam properè ad hos fœlices lucos miſerint. *A.* Quod omnes non poſſunt ſuperi, facere, vivus ut mortuus fiet, hoc unica fecit Melancholia. *Ah* noli frater videns

&

& vigilans vana tibi ſomnia fingere! vivis, mihi crede, vivis,& quantum ego oculis rationem capio validè vales. *D.* Ego ut vivam? quid mihi reduces facis veteres miſerias? *A.* Quin vivis,ac ita me Mars meus amet,vivis. *D.*Satin' excæcatus es, qui mortuum ignoras? Ego, mihi crede Audacio, æquè ac tu mortuus ſum. *A.* Illud ego ſanctè juravero per Martem meum. *D.* Et moriturus ſingulis affectibus tradenda curavi poſthuma mei amoris ſymbola, quæ vobis ſtatim poſt mortem meam donanda eſſent, prout pro cujuſque indole prudens diſpertiret Ratio, quam præſtitiſſe ſcio hanc gratiam ſupremam mihi. *A.* Chimæras loquitur, adſis Sibylla precor, loquitur ultra captũ intellectus mei. *D.* Enſem, ſcutum, thoracem,& cætera multa dederam, ut quod unum moriens poteram pignora vobis relinquerem, & ſpecimen amoris mei.

A. Deûm atque hominûm fidem! quàm feſtivè hic excidit ſibi? Appetitus, ducamus hunc intrò ad ædes ſuas,& placidè reponamus leſtulo, forſan ſanabit ſomnus ægrum intemperie corpus, & gravem curis animum noctis levabit quies,& ſilentium. *C.* Haud malè herclè conſulis: accerſamus medicum, qui huic poſſit mederi malo, eamus, inveniam fortè aliquid quod faciat ad ſtomachum.

A. Age; Dolor, progrediamur longiùs in hos amœnos lucos, & videamus porro incorruptas hujus loci delicias. *D.* Libentiſſimè: Audacio

cio ſequere. *C.* Dii boni, qualem hinc ſperemus exitum! O *Diabole!*

A. Piſh, piſh: ficus pro Diabolo, eamus, eamus.

C. Ut eſt in Adagio ——

A. Piſh, mitte Adagia, egredere. *Exeunt*

Actus IV. Scena III.

Stoicus, Ratio.

S. ID tantùm cogita Ratio, quàm lubrica futura ſit microcoſmi ſalus, niſi tu manus admoveas medicas, & morbos animi affectus improbos vel reſecare, vel curare velis: proinde adſit precor bonitas tua adjutans, atq; æquanimitas.

R. Ut par eſt ſum eouſque pendulus animi: fidem quam non do, non nego tibi: verùm in re tam ſeria, cauto opus eſt non præcipitantia: Animus judicis in æquilibrio eſſe debet, donec æqua lance perpenſa utraque cauſa in juſtiorem partem inclinare proclivior ſolet, & debet. Tantum eſt. Vale & me reviſas brevi. *S.* Vale fœliciter. Jam, Diis gratias, evenit quod vobis fuerat ſupremum meis, ut hos affectus perderem. Fœlix principium fœliciorem polliceatur exitum. *Exit.*

ACT. IV.

Actus IV. Scena IV.

Audacio, Concupiſcibilis.

Appetitus with armor in his hands.

C. NIſi nos Dii omnes fruſtratum eunt, jocularem aggredimur audaciam. Ut ædes intramus, & Dolorem lecto reponimus, quaſi ſepulchro mortuum, fortuna facem prætulit lucrificam nobis. Ecce in ſecretiore parte ædium hunc enſem, ſcutum, & thoracem conſpicimus: invitat oculos inſolitus ſplendor, videndi copia parit potiundi deſiderium. Et Audacia conſultrix optima, accedimus propiùs, & cum quiſque, ut eſt in adagio, ſit fortunæ ſuæ faber, quam præbuit illa occaſionem avidi arripimus, & memores adagii tractamus fabrilia fabri: arma amantes ambabus ulnis amplectimur, auferimus, aufugimus. Ha, ha, he—— Ut verò medios per jocos propter Dolorem ſuſpirare vellem, qui poſtquam excuſſerit intemperiem animi, niſi noſtri meminerit, bonis emungetur optimè: Sed intrat Audacio.

A. O lepidam fabulam! *C.* Lepidam! pol minime: lepida nulla eſt fabula niſi lepus ſit in fabula, niſi prologus ſit olus, & περιπέτεια ſit cataſtrophe. *A.* Per Martem meum feſtivum caput *C.* Lepida nulla eſt niſi tragica, ubi actoribus in ſcena cœna ponitur licet Thyeſtæa, ubi bibitur

bitur ſanguine, & lachrymis, in aliis ne gutta quidem boni eſt. *A.* Enimverò fortiter, & me decuiſſet talis oratio. Ficus pro Diabolo. ut ego te ob iſtud dictum amo? verum tu iſthæc obſerva ſedulò donec ego rediero, ſurripiam plura modo fortuna faveat. *C.* Ne iſtud dubites, annon noſti adagiũ, fortuna favet fatuis? *A.* Parciùs iſta nequam, ſis oculatus Argus. *Exit.*

C. Argus ego futurus ſum totus oculatus? qui totus dentatus dici potiùs mereor. ——Sed hah quid ſubitò cor pulſat latus? certè non imprudens hæreo niſi meus me fallit animus, niſi prævidero, Audacio me ludet feſtivitèr quia me meticuloſum novit, & ipſe pugnis plus valet, multatum male me hiſce rebus eludet miſerè, ſurripiet mihi omnia, precibus ubi non poſſit vincet viribus: incommodè ſane hoc inveniet, imo verò infœliciter. Sed eſto, ut eſt in adagio, malè ſapit qui ſibi non ſapit, hanc ego tuam Audacio defabricabo fabricam: hanc ego affectabo viam qua poſſim ex hac re calidum mihi quæſtum facere. Age, niſi fortuna nobis adverſaria extiterit, aggrediar præ fame facinus lepidũ, nec Audacio ſolùm, verùm & affectus deludentur ſinguli. Adibo ſigillatim ſingulos, fingam Dolorem mortuum, quin ſi opus fuerit, ut fieri amabat apud antiqua ſecla, millies jurabo me vidiſſe ad aſtra volantem animam: figmentum iſtud ut ſpecioſius fiat, jurabo unicuiq; Dolorẽ moriturũ arma iſta donaſſe ſibi amoris ſui ſymbola, hinc in fine omnes uno capientur dolo:

papæ! optimè, aurichalco contra non est carum Mendacium meum: vah, stulta est in relucrifica veritas.

Act. IV. Scen. V.

Concupiscibilis, Amor.

C. JAm ut est in adagio, parata sunt retia, expecto prædam. *A.* Ad forum ex condicto propero. *C.* Ecce habeo, O faciles deos! O cœlũ propitium! Amor in ipso opportunitatis articulo advenis. *A.* Quo tu Appetitus? *C.* Quo nisi ad te? nuncium apporto tibi cujus tu te minimè fieri participem velles. *A.* Quid hoc ominabor infortunii? *Ap.* Accepisti nihil noviſſimi de Dolore novi? *A.* Ne minimum: nescio quid præsagit animus, Dii vertant bene. *C.* Cautè agam: ubi nollem intelligat verba fronte adversa supprimam, vel voces perplexabiles proferã: ubi quid in rem ejus dixero, clarè eloquar ut audiat. *A.* Quid vero infausti paras? *C.* Præ melancholia (*aside*) Dolor mortuus est. *A.* Mortuus? *C.* Quod res est dixi. *A.* Mortuus? ô infœlicem vocem! careat precor, oh careat precor, oh careat fide! mortuus est qui vixit modo: fucũ mihi mendaciis facis *C.* Num jurare coges incredule? per cœlum, per cœlites tam verum est quàm me——— vivere.

A. O quam nimis nollem credere, quod metuo magis! quis id tibi dixerat?

C. Ut

C. Ut eſt in adagio ipſe dixit——qui id novit optimè Audacio.

A. O inevitabiles fatorum vices! ô inquietæ rerũ humanarum vertigines, ut ſurſum, & deorſum volvuntur omnia! *C.* Quid mirum? annon noſti adagium, Dii nos quaſi pilas habent? quin in ipſa morte non immemor tui, hæc quæ vides arma donavit moriturus tibi, cum neminem affectuum amplexus eſt affectu pari. *A.* Heu! quid agam? amanti debebam lachrymas, tam medullitus amanti pluſquàm lachrymas debeo, qui plus oculis amari meruit: Eheu! eheu! *C.* O miſerrima parthenara, commovi hominem! Hæc mihi Audacio dedit, ad te ut ferrem, atque ego id tantum veni ut ſalva tibi reddam dona morientis chariſſima. *A.* Gratias Appetitus, ob illam tuam operam hem tibi, hem iterum tibi.

C. Iterum, iterumq; ſi lubet, placebunt mille tibi gratiæ. O fœlix mendacium! fœlices dolos! cæteros ſic fallam probè. Amor vale, me hinc negotia avocant——. Ecce ut pluit lachrymis? ut eſt in adagio, deme ſupercilio nubẽ, nec te ſic crucies ob rem nihili. Vale. (*Exit.*

A. Dolorne mortuus? non credo, vivus in iſthoc pectore ſuccrevit dolor, vel mortuus corde tumulatur meo: quémq; procul abſentem lugeo, propè præſentem ſentio: Verum quid fruſtrà doleo? ſic viſum eſt ſuperis, & nos, neceſſe eſt, idem velle, quod velle videmus ſuperos. Ita ut ſerventur ſedulò, certabit cura, ſimul & fides, ut quoties videam ſponte fluant lachrymæ me-

mores Doloris mei. Ecce, ut enſis, ut clypeus præfulgent ſplendidè, addunt lucem ſoli? Digna mehercle arma de quibus Aiax & Ulyſſes certent.

Act. IV. Scen. VI.

Amor, Concupiſcibilis, Odium.

C. Si falſa dixero, occidito: Atque eccum vidin' arma? *Od.* Sat eſt, gratias: cape ſis hos aureos. *C.* O æras verè aurea! (*Exit.*
Od. Tam me indignè deluſum! O duras fratris partes! alloquar licet indignum alloquio, non adeo tamen ipſi quam aeri voces dignor. Ingrate, inhumane, perfide, Dii te omnes perdant precor. *A.* Vigilone an dormio? quid audio? quid agis Odium? hæccine in amicum decuit? *Od.* Eia vero amicum? pol optimum, & ſpectatè probum. *A.* Quid te ſic angit animi? *Od.* Fraus perfida, inhumanitas. *A.* Noli ſic perplexè loqui, quid vis nondum capio, nondum video quid velis. *Od.* Effodiam oculos ut videas?

A. Hæccine Odium mihi? *Od.* Facere quod neque eſt amici, neque fratri, neque pol viri, hæccine Amorem mihi? *A.* Num hunc percuſſit Jupiter? *Od.* Quem precor ut te percutiat fulmine. *A.* Hercle non intelligo. *Od.* Non intelligis? num Græcè loquor? an Arabicè? an Turcicè?

vis

vis verbo dicam? fraudator es. *A.* Somnias credo, qui ſic iſta comminiſceris : fraudator ego? *Od.* Perfidiſſimũ! quaſi verò tu id neſcias. *A.* Hẽ, quæ hæc eſt fabula? quid hoc eſt ſuſpicionon nis? *Od.* Utinam ſuſpicio eſſet; accepiſti credo Dolorẽ mortuũ. *A.* O infœli es vocis repetitæ ſonos! cur non immemorẽ memorẽ facis illius rei, quæ memorem gravat? Hinc illæ lachrymæ: ille mihi legavit quædam moriens, & —— *Od.* Tibi ſcelus? *A.* Mihi carnifex. *Od.* Tibi verò? ſi rurſus dixeris, faxo ne dicas ampliùs. *A.* Tune mea abripies vel vi, vel fraude mihi? *Od.* Tua vero? *A.* Mea inquam: dedit Dolor mihi, dederat Audacio, atq; auribus voces hauſit. *Od.* O inauditum facinus, fraudator es. *A.* Fraudator? ingrate pol mentiris. *Od.* Mentior? ô vox infauſta nigris conſignanda literis, ni ſi tuo forſan purpuriſſetur ſanguine: gravius eſt quàm ut ferre poſſit generoſus animus. mentior? cum iſtoc verbo excidit vita tibi. (*gladium ſtringit.*

A. Num inermem armatus perimes? quantus es mortalis? inermis moriar? age, libet, minus eſt victo dedecus, minus victori decus. *Od.* Pudet iſtud, armatus ſit, oportet, quem Odium oderit. *A.* Detur modò tempus ut enſem repetam, ego te conven ã ubi lubet timide. *Od.* Lubenter, abeas modo lubens redeas. *A.* At non redeã, non ſi obſecres, hem pignus tibi (*chirothecam dat*) *Exit.* *Od.* Abeas, vivas an moriare in manu mihi eſt. Abiit? quid ſtultus egi, fugere hunc cùm permiſeram? timidus eſt Amor, pugnarum

amator minimus: vix una manu amplectetur Martem, ambabus ulnis Venerem, ſcortum non ſcutum amat, Abiit? non ſic abibit, quem ab infortunio liberare non poterit Divûm quiſpiã, non ipſus cœlo ſi deſcendat Jupiter: ſequar, ſequar. *Exit.*

Act. IV. Scen. I.

Timido, Spes, Deſperatio.

T. STerilis eſt proſpectus quantum ego contemplari poſſum longiuſculè, intra ſecurus Timido, dono ego te, ut ſis expers metu. huc me miſit Concupiſcibilis, ſed ubi ubi eſt Audacio bipedum nequiſſimus, ubi inveniam, aut qua quærere in ſiſtam ſiã, qui ſi adeſſet ſentiret qui vir ſiem. ſiccine me deludere impoſtorem, vafrum? quem ego ſi vivam ad abyſſos infernales mittam. Quam confidenter ſe in pedes conjecit homunculus? at fugiat ultra licet glacialem polum, non tamen effugiet fervidam iram meam. (*he ſtumbles*) O pene ecciderami inſcius, ſic ſæpiùs cupienti ſumma ante pedes præcipitium imminet, & ſæpius in terram cadimus, dum ſuſpicimus polum: ſed quid mihi caſus obtulit? enſemne & clypeum, Marcellum & Fabium? quin loricam etiam: ô bona fortuna minimè jam

jam nequam Dea: ſed quid iſte ſtrepitus? ut malè metuo? Oh Deſperatio eſt, quid agam? euge ſic latent optimè: O quam miſer ſum, res ad manticam rediit, latebo. *Deſ.* Tam clara ſunt omnia quæ dubitabā ſæpiuſculè: Spem ego ſemper ſuſpicabar, nunc invenio fallacem, quæ legaverat Dolor mihi ſuffuratur nequam: homo quantum & ubivis gentium perfidiſſimus, quem ego jamjam conventum velim. Sed quem video? Num Timido eſt? *Ti.* Me nominat; quid agam? credo *Julius Cæſar* eſt, nam pol me viſu territat. *He covers his Armour with his Cloake.*

D. Salvus ſis Timido, nonne Spem iſtac nuper prætereuntem videras?

T. (*Flectit genu*) Nequaquam, vir optime. *D.* Parce obſequio, non debetur tantum mihi, galerum induas. *T.* Nequaquam, ante vitum tam undequaque digniſſimum capitale eſt. *D.* Verum cujus iſtud pallium eſt? num terra quia frigida eſt pallio indiget?

T. Imò verò vir digniſſime meum eſt, in aquas delapſum eſt modo, proin ego hic ardori ſolis expoſui. Verum ecce Spem tibi.

Deſ. Ubi, ubi? *Ti.* Satis hucuſque placet. *Sp.* Quin habeatur

Poſthac Deſperatio mortalium perfidiſſimus, ſed adeſt ſcelus.

Deſ. Salve impoſtor, ſacrilege, legirupa. *Sp.* Bellum vero

Et pudicum homunculum: idem ego tibi dicturus

Eram, niſi præveniſſet præceps oratio. *Deſ.* Iſtoc te
Pacto mecum? quid in te autem peccavit De-
ſperatio?
Tu mihi præter æquum injurius es. *Sp.* Qui-
dum obſecro?
Deſ. Quia ſurripuiſti mihi quod meum eſt. *Sp.*
Quid ego ſurripui tibi?
Deſ. Pluſquam fratrem oportuit. *Sp.* Vinum
immodicum
Inebriavit credo. *Deſ.* Quam hic eſt fraudatorum
ad exemplum
Conflictiſſimus? Nonne tu enſem, clypeum &
thoracem
Surripuiſti mihi ſubdole? *Sp.* Latuit hic credo
corde meo.
Idem erat quod mecum adveniens ſtomachabar
modo.
Ego tibi iſta? tu iſta mihi ſurripuiſti furcifer.
Deſ. Superos & inferos teſtor, quid hoc eſt con-
tumeliæ? quam
Hic eſt de induſtria & confidenter mendax?
Sp. Satin' ſuperbe ſic eludis me? *Deſ.* Noli Spes
in re ſeria
Ludere, in hujus rei fidē teſtem Appetitum voco.
Sp. Non poteram ſperaſſe melius, ipſus eſt qui
mihi dixerat.
Deſ. Age, ſequere hac me, ſenties quam in fratrem
inhumanus
Et invenuſtus ſies. *Sp.* Nil magis allubeſcit mihi.
Ha, ha, he. Hunc ego ſuo jam jugulabo gladio.

ACT. IV.

Act. IV. Scen. VIII.

Ti. Ira. Con. Tristitia, Lætitia quasi venaturus.

Ti. GRatias tibi ago Deorum quisquis es fœlicium, qui me
Tam misero liberasti metu. Sed hei mihi! ecce ut
Infœlicitatem infœlicitate protegit! prima procella deferbuit,
Oritur nova. Ira est. *Ir.* Per quicquid est in Cœlo superûm,
Per quicquid est in Orco inferûm sancte juro, si fraudatorem
Prendero, summo ego sacrificabo Jovi. *Exit.*
Ti. Dii boni! quos video? num adhuc quicquam fortunæ debeo?
Immortales superi! nisi eviluit potestas vestra, miserum me
In saxum vel in sylvam verrite. *Con.* Nisi vera inveneris
Quæ dixi omnia, non causam dico quin suspendar illico.
Tri. Sat est, hem mercedem tibi ob tuam operam. *Con.* Gratias.
Ha, ha, he, nunc manu teneo genium meum, plectetur.

Lætitia probe qui me excluſit ædibus. *Exit.*
Læ. Quam volupe
Mihi eſt latrantes canes aſpícere, dum cava ſaxa dulci
Latratu reſonat, & ſpirat ſuaviter in ſylvis amæ.
nis Echo?
Avidius ego leporem, quam alii laudem venor:
falalaleero.
Tri. Lætitia te vellem. *Læ.* Ha, ha, he, Triſtitia ſalve, quid me
Tam torvis colluſtras oculis? *Tri:* Iratum decet
hujuſmodi ſupercilium.
Læ. Iratum vero? apage iſtam iram. *Tr.* Me curæ——*Læ.* Ha, ha, he,
Curæ? crux curis: quid tibi curis curatio eſt?
mécum cœnopolium
Adeas, adſit Bacchus lætitiæ dator, Liber te his curis
Liberet, triſtis animi ſolamen unicum; ha, ha, he,
Curæ!
Tri. Tu tibi tuum Bacchum habeas, bibas donec
in poculis erubeſcat vinum
Per me licet, ego ut cœnopolium adeam? *Læ.* Siccine vero?
At Triſtitia, vin' nos igitur comitari ad venatum
& aucupium?
Tri. Venatum, aucupium? num prudentem decet tam inconcinna levitas?
Læ. Dii boni! num quartus è cœlo Cato cecidit?
venatus, aucupium, annon
Arrident tibi? Venatus, aucupium? aurum & argentum,

Neſtar

Nectar & ambrosia, Sol & Luna, in sylvis venatu errare
Cynthia & Apollo solent. *Tri.* Pol miseret me tui Lætitia.
Læ. Saxum vel truncus es, & faxum potius, truncus si esses
Sylvas amares melius, vale, vale, ha, ha, he. *Tr.* Verum audi pauca Lætitia.
Læ. Loquere, at pauciſſima; me alia negotia manent.
Tr. Tu mihi injuriam feciſti maximam, facinus herclè plane barbarum.
Læ. Injuriam vero? quis hoc dixit tibi? *Tri.* Quidam. *Læ.* Ergo
Ut videtur linguam habuit, at mendacem certe. *Tr.* Impoſuiſti
Fraude mihi. *Læ.* Mitte hæc ingrata, vale, vale, mihi nunc
Incumbunt alia, in Sylvas vocor. vale, vale. *Exit.*
Tr. Abiiſtin' impie? me ſorte ſecurus fugies, at eſſe ſuperos
Cum ſcias, ſuperos time. Cœlum ſceleſtis immi-net.
Tui vero & cœlos & ſuperos precabor memores. *Exit.*

ACT. IV.

Act. IV. Scen. IX.

Timido, Audacio.

Ti. OH quantos evaſi metus? jam ſunt ſerena omnia, ni nova
Procella obumbret hunc ſolem; quam ego vitabo facile, neque
Enim morabor amplius, armaturam aptabo corpori, dehinc
Abibo ocyus. *Au.* Ut illum Dii omnes interimant Stoicum,
Qui properanti adhæſit remora: quem ego. Sed quem video?
Abiit appetitus? *Ti.* Hei mihi Audacio eſt: ne ego mare malorum
Sentio, poſtquam unus fluctus requievit gravior ſtatim excipit.
Au. Quis hic aſtat homo? armatus fabre eſt, nempe ſic oportuit,
Inermes contemno, armatos haud magni facio, tantum
Dignor alloquiunr. Ut non auſim aggredi? ficus pro Diabolo.
Ti. O quam optarem mihi alas Dædali! *Au.* Superi! Timido
Eſt meis indutus armis: hunc ego Appetitum plectam probe.
Simulandum eſt: mala merx, ſcelerum caput, unde iſta armatura tibi? *Ti.*

Ti. Quid id tua refert? *Au.* Faxo ſcias, proin exuas aut ego te vita exuam.

Ti. Ha, ha, he. Quantivis pretii furcifer, tua vero? quis iſta ſine riſu excipiat?

Au. Vel redde arma, vel redde animam, exue, vel morere. *Ti.* Moriar ſi exuam.

Túne mea mihi ſurripies miſelle carnifex? cave ne me inimicum

Tibi facias: tua ſunt? *Aud.* Nec tua, nec mea ſunt, pugna divellemus litem.

Ti. Ego ut pro meis pugnem? qualis hæc inſcitia eſſet?

Au. Immo vero quia tua facis, pugnabimus. *Ti.* Ego ut tecum congrediar

Tam imbelli homine? qualis eſſet vita tua ſi mecum pugnes?

Au. Ficus pro Diabolo: per Martem meum ſtringe ſcelus, aut ego hoc

Enſe latus ſodiam. *Ti.* Auſis tu provocare me? aſpice annon ſum

Elephanti ſimillimus: apage te à me, Elephantus non capit murem.

Au. Quin pugnes Elephante, aut ego tibi exſcindam promuſcidem.

Ti. Nonne ex unguibus Leonem dixeris? noli me tangere ſi ſapis.

Au. Vel pugna Leo, vel exuvium extraham per Martem meum.

Ti. Si pergas, ego te mittam ad umbratum Dominum. *Au.* Méne? ficus pro Diabolo.

Hem tibi. *tiff, taff.* quam hic eſt ad amuſſim Aſinus? quanta præditus

Eſt

Est patentia. *Ti.* Disce puer virtutem ex me, annon nosti auream
Virtutem esse patientiam? *Au.* At asinina est, proin sis tu aureus asinus.
Ti. Excogitandum est aliquid. *Au.* Ha, ha, he, Ecce ut præ metu tremit? (*He shakes.*
Ti. Hercle non est metus: ex improviso febricito, proin mitte me.
Cum ægroto & infirmo congredi ignavæ mortis est, & certe
Quantillula est gloria? *Au.* At ego tibi febrim excutiam illico. *tiff, toff.*
Ti. Hoc non succedit. Quid si me insanum simulem? placet, sic agam.
Au. Quid solus tecum murmuras? redde arma.
Ti. Oh Phœbe, Phœbe,
Quo fugis? cede lora mihi: filius ego sum tuus Phaeton.
Au. Num nam insanit homo? *Ti.* Quo tu fugis Cynthia? ecce, ecce ut astra
Cœlo decidunt? *Au.* Heighda, ha, ha, he. *Ti.* Ariadne, Ariadne,
Cave ne coronam tibi cum capite rapiam. *Au.* Ha, ha, he, festivissime.
Ti. Bootes, Bootes, si venero, excutiam te plaustro tuo.
Luna, Luna, descende cœlo, ecce Endymionem tuum.
Au. Oh lepidissima insania! Lunaticus est. *Ti.* Quid vis tibi Mars?
Oh ensem? hem tibi. *Au.* Per Martem meum optime.

Ti.

Ti. Túne me Vulcane vocas? Oh loricam & clypeũ velis. Hem tibi. *He throwes away the Armour.*
Tu me Pluto vocas? venio, venio, *Exit.* *Au.* Ha, ha, he,
Non doctius simulaverit Roscius: sane non insane fecit cum
Hac aggressus est via mihi arma reddere: fidem hominum!
Nemo est hominum qui vivit meticulosus magis. Enimverò
Vitam lubentius quam hæc arma amiseram, quæ quia
Salva sunt, pectus tripudiat gaudio: jam ficus pro Diabolo. *Exit.*

Actus V. Scena I.

Stoicus, Peripat.

Per. AIn' vero? coram Judice causam dicent? *Sto.* Dicent: feci, nec
Muto factum. *Per.* Malum quod tibi Dii dent, quid tam inhumanus es?
Illiberalem hominem, qui Affectus apud Rationem adeo inconciliare
Niteris. *Sto.* Culpa siqua est, culpa est amoris fateor in
Microcosmum mei. *Per.* At male qui suadet culpæ est propinquus amor. *Sto.*

Sto. At malis qui mederi ſtudet, à culpa abeſt amor.

Per. At curioſus eſt qui culpam quærit ubi culpa non eſt amor, & qui

Quærit quod nuſquam eſt, eſt Alchymiſta amor.

Sto. At licet quærat quod nuſquam eſt, invenit tamen. *Per.* A page,

Præter æquum injurius es. *Sto.* Tam iniquis injuriis, quis præter æquum.

Injurius eſſe poterit? *Per.* At quid tantum Affectus fecere injuriæ

Ut ad Magiſtratum delator ſies? gravis injuria loquax eſt,

Levis ſilentio premitur. *Sto.* O tempora! O mores!

Tyranni ſunt Affectus quorum ſub imperio jus faſque excidunt.

Per. Dominos agnoſco peſſimos, at ſervos optimos.

St. At quot tales ſervos tot hoſtes habes. *Per.* Hoſtes ſi habeas,

Non invenis, ſed facis. *Sto.* O tempora! O mores! apage, non

Libet tecum argutari longius. *Per.* ſed ecce incedit

Ratio, hujus litigii æquus futurus arbiter.

ACT. V.

Act. V. Scen. II.

Ratio, Sto. Peripat.

Ratio reading the Articles. } *Ra.* MEmorandum inprimis Voluptatem meretricem esse, quam
Multi proci ambiunt, quibus nulla nox est absque Voluptate comite.
II. Lætitiam lenonem esse, & Voluptatem furtivis adjuvare in amoribus.
III. Item Dolorem & Tristitiam patriæ hostes, & Microcosmo
Sæpius minitari diluvium, dum per Cephalen Microcosmi
Metropolin, aquas emittunt, quæ oculorum ripas transeuntes
Inferiores omnes partes immergunt pænè.
4. Item Audaciam & Timorem virtutis hostes esse, præsertim
Fortitudinis, quam jam pænè extruserunt è Republica.
V. Item Odium & Iram discordiarum pænè omnium authores esse.
VI. Item Amorem homicidam esse, multosque sagittas quas gestat
Inopinantes interimere. VII. Item Spem fallacem.
VIII. Item Desperationem multos adegisse ad suspendium.

Duriusculum

Duriuſculum eſt hoc quidem, nec eſt veriſimile tales eſſe
Affectus quales hic eſſe prædicat.
Sto. Dii te Ratio ſalute fœlicitent. *Per.* Et fœlicitate ſalvent.
Rat. Opportune adveniſtis admodum. *Sto.* Perlegiſti ſpero dicam.
Rat. Perlegi omnia & conſultius peregi animo.
Sto. Et pœnam ſpero quam poſtulo, parem æſtimas: etenim
Tam male meritis quæ pœna impar eſſe poſſit?
Ra. At pœna quæ par eſſet meritis impar eſt indulgenti animo.
Tu vero quam pœnam poſtulas? *Sto.* Ut exulent Affectus precor,
Quorum cum exilio quantum exularet mali?
Per. Exilium vero? votum plane barbarum! melius optaſſes
Mortem & exitium, exulare quam mori major eſt infœlicitas.
Qui moritur infœlix fœlix eſt, quia moritur, quia
Moritur ſua ſecum infœlicitas: qui vero miſer exulat miſerior
Eſt, quia longiorem ſervatur in miſeriam. Qui moritur liber eſt
Ab infortunio, homini qui exulat, vel tota mundi libertas
Carcer eſt, & miſeriarum anguſtiæ. *Sto.* O tempora! O mores!
Exilium grave eſt? quin male igitur pereant hoſtes & morbi

Reipub-

Reipublicæ, quorum ab exitio pendet microcosmi salus.

Pe. At quæ parari nequit absq; sanæ partis interitu insana est
Et ægra salus. *Sto.* At ego Affectus omnes malesanos judico
Qui intemperiis microcosmũ agitant: hinc & illinc
Animam trahunt, velut jactatam ratem furentes turbines.
Certant singuli uter sit prior sua sor scelcris, neutri ceditur
Sine naufragio famæ; suadet Odium Martem, suadet
Amor Venerem. ——— *Pe.* Odiosus es istac supercilioſa eloquentia,
Quid si sint invicem contrarii Affectus, mixta contrarietas
Temperiem facit, & nervi disparem reddentes sonum faciunt
Concordiam suavissimam. *Sto.* O mores! Tune Affectus
Patrocinaris scelus? inhoneste, improbe, impure.
Probus esse non potest, qui favet improbis.
Ra. Quin taceat improbula linguæ garrulitas, per Deos súmne
Ego magistratus annon? Hæccine me præsente fieri oportuit?
Tu Stoice statue jam tandem iniquis querelis modum.
Satis indulsit sibi non sanus ardor animi, quem jam tegant

Cæci

Cæci ſine flamma cineres, nec erumpat amplius.
Fruſtra pœnam poſtulas, ubi facta non damnant reos.
Pe. Ah Stoice periiſti plane ut ratio redditur. *Sto.* Das veniam
Corvis, & columbas ſecuras judicas? *Ra.* Quin cohibe
Effrænis linguæ caſſum impetum; quæ hæc faſtidioſa eſt in magiſtratum cenſura?
Pe. Uritur homo probe. *Ra.* Quin tu Stoice Affectus adeas,
Jubeas coram me ſiſtantur illico, quæ futura ſunt in rem tuam audies.
Sto. Eo lubentiſſime. O tempora! ô mores! ut quicquid ago in ultimo
Actu deficit? verſor credo in infortunii theatro. *Exit.*
Ra. Quæ malùm infœlicitas agitat hominem? quæve ſuſpicio
Fallax? ut ſic Affectus faſtidiret invidus. medius fidius
Cui Affectus non ſunt cordi, vel Caucaſus eſt vel Niobe.
Pe. Sic fert ingenium hominis, ſemper fuit, & in æternum
Erit Affectibus inimiciſſimus. Tibi vero utinam Affectus
Poſſent parem meritis referre gratiam.

ACT.

Act. V. Scen. III.

Ratio, Peripat. Concupiſcibilis, Iraſcibilis.

Con O H, oh, oh, ſubvenite, ſubvenite. *Ra.* Quis iſtic ſtrepitus? quæ Vociferatio? *Pe.* Clanculum in inſidiis erimus. *(Concup. with tobacco in his hand.)*

Ra. Pax: eccere *Appetitus* eſt. *Iraſ.* Quid hoc eſt impudentiæ

Mala beſtia? *Co.* Næ tu artem verberandi, ut eſt in adagio,

Ad unguem calles. *Ir.* Tu artem furandi ad unguem calles.

Co. *Alloquamur.* *Ra.* Nedum, expecta exitum. *Co.* Habes

Credo Briarei manus & pugnos graviores clava Herculis,

Nec pondus diutius patiar: hem tibi Tobacco tuum, & diis

Gratias agas quod jamdudum non abiit in cineres.

Ir. Tandem obſecro capuli decus? niſi reddidiſſes illico, ego

Te dediſſem inuſtum ſtigmate, & fumos, qui amabas adeo, ſenſiſſes flammas.

Co. Facile credo, nam ut eſt in adagio, flamma fumo proxima.

Ir. Dii tibi Deæq; omnes infenſi ſient. *Co.* Præter Bacchum & Cererem, *(Ir. takes Tobacco.*

Ir. Bea-

Ir. Beatiorem mehercle herbam non omnes dare ſuperi, non cœlum poteſt.

Ir. Cujus mille minæ vix gratia dignæ unica.

Co. Quam juvat

Evaneſcentem fumum aſpicere & aſcendentem ad ſuperos?

Co. Túne tuum fumum apud ſuperos in deliciis eſſe credis? facilius

Credo apud inferos, nam delectatur Pluto herba illa Indica,

Et nigrantem ejus fumũ efflat quotidie ab Ætneis jugis.

Ir. Mala merx, túne auſus iſtuc dicere in herbam diviniſſimam

Diis & hominibus acceptam, cujus laus in ore omnium volitat?

Túne iſtam naſo cachinnanti accipis? ego tibi os occillabo probe. *Triff, toff.*

Co. Oh oh, amnon noſti adagium?—— *Ir.* Ego te. hem tibi, &

Poſthac cave ne——fumantis naſum tentaveris urſi.

Ra. Tu unum prendas arctius, ego alterũ. *Pe.* Quid agitis? quid vultis viri?

Ra. Hæccine ſub dio, ſpectante populo, præſente magiſtratu? (*They ſtruggle.*

Pe. Quid reluctaris improbe? ut ægre Appetitus rationi paret?

Ra. Quam litem agitis? *Co.* Ut eſt in adagio, de fumo diſſertamus.

ACT.

Act. V. Scen. IV.

Stoicus, &c.

Ra. SEd eccũ Stoicum: quid portat novi? *Sto.* Si mecum juxta
Quod ego vidi vidiſſes, qui antea nolebas, Stoico jam tandem crederes.
Ra. Quid novi, quid mali paras? *Sto.* Improbi Affectus, terræ filii, Cadmæa
Progenies, digladiantur invicem, & jam pugna fervet.
Pe. Frigeſco audiens. *Ra.* Vix poſſum credere. *Sto.* Non credis
Quia amas, & quia non vides, at cæcus eſt amor qui tantum quod
Videt credit. *Pe.* Parat forſan nobis tragulas injicere.
Ra. Invidia forſan glaucoma tibi ob oculos objicit. *Sto.* Adigat
Me fulmine ad infernũ Jupiter. —— *Pe.* Utinam. *Sto* Ni vera dixero.
Ra. Túne Iraſcibilis harum litium conſcius es? *Ir.* Jam primum audio.
Pe. Tu vero Concupiſcibilis? *Co.* Ego vero minime —— ignoro.
Ra. Quin eamus Peripatetice, & ſcintillantes modo reprimamus
Flammulas, ne in ignes non impeditæ erumpant gravius. *Pe.* Omen

Pe. Omen quod ominor malum avertite superi. (*Exeunt, manet Concu.*

Co. Quo ego nunc me miserum? deprensus sum, nec qua evadam

Fuga est, quicquid hoc est litigii per me id omne sterit,

Qui mendax & vafer imposui Affectibus: jam cura opus est

Et consilio meo: meditandum est aliquid quo sim excusatior.

Consulendum est caput quo consulam capiti: quid nunc consulitis

Adagia, adagia, adagia? adeste mihi omnes Davi, Ulysses, Pseudoli. *Exit.*

Actus V. Scena V.

Desperatio, Lætitia, Irascibilis.

Des. HUi heu, quid agam? æger sum miseriis, & desperatur remedium.

In mortuis Dolor est, quid ego in vivis ago? quanquam certe

Nescio utrum vitam an mortem magis expetam; mortuus

Comitabor gaudio, vivus deflebo gemitu. ô quam misera sunt

Incerta mortis & vitæ vota! quin curæ cor meum premunt

Et urgent aliæ, spes improvidum elavit bonis & fatali mihi Odio

Odio imminet, aſt hæc minuta eſt gutta de meis malis, qui
Mergor in miſeriæ oceano, cujus curæ graviſſimæ in
Nullo requieſcunt centro: quid porrò eſt cur cupiam vivere?
Qui procul à læto ſemper abero, niſi prope à letho jaceo. (*Lætitia è campis.*
Proin ſtatutum eſt vita vel invita mori, in morte inveniam
Mollia & læta omnia. meditabor parum.
Le. Ut bene madidus è campis redeo? vix ædibus exceſſeram,
Quin protinus inimica tempeſtas oritur: tonitrua totus ingemiſcit polus.
Mox fuſus imber ruit: qualem ſi Jupiter in amaſiæ gremium
Impluiſſet aureum, totus mundus Pactolo flueret: credo heſterna
Nocte laboraſſe Cynthiam, cujus doloris conſcius æther,
Officioſas effudit lachrymas; vel Dolor ſi ad ſuperos ceſſit,
Imbres, ut ſolet, flevit: ſed quis ſe hic ſolus in conſilium vocat?
Ut plumbum intuetur? ut Tragicum loquuntur oculi? ha, hi, he.
Deſperatio eſt, mirum ni ſibi aliquid meditetur mali.
Deſperatio ſalve. *Def.* Oh Lætitia, non vacat tecum colloquii.

Læ. Obsecro, quid tecum es meditatus modo? *Des.* Nihil. *Læ.* At narra
Obsecro mihi istud nihil, hoc nihil aliquid est scio.
Des. At hoc aliquid nihil est ad te. *Læ.* At obsecro hanc gratiam
Facias mihi. *Des.* Quid si dixero? *Læ.* Pol erit gratissimum.
Des. Istud meditabar mecum, si mori necessum sit, quodnam mortis
Genus esset morituris optimum, utrum igne, an aqua,
Ac ense, an cruce tolli. *Læ.* Ha, ha, he, mala crux, istud erat?
Ego cruce mori reor optimum: gladio incumbere est curvæ
In terras animæ, at cruce mori est excelsi animi, & supra
Terrena omnia elati: in cruce qui moritur propius accedit
Cœlos. vis verbo dicam? crux est ultima infœlicitatis linea.
Ir. Hah, ha, salvete boni viri, in quæstione vestri pæne expiravi
Animam, ite mecum una, ite. *Læ.* Quid hoc ut sit?
Ir. Accersivit vos summus magistratus Ratio, qui coram se Affectus
Omnes hodie sisti jussit: vos abestis soli, ite, properate obsecro.
Des. Jam venit miseriæ catastrophe. *Læ.* Eamus, eamus, quicquid sit

Nil

Nil pensi habeo, fa la lee ro. (*exeunt, manet Desperatio.*

Desp. Utinam hic atra ilex, aut gravis cupressus cujus sub umbra
Delitescens parum ad umbras item, & vitam quasi insciens
Expirarem molliter. *Ir.* Non sequeris carnifex? nisi abscedas
Illico ego te mortuum humeris efferam. abi. (*he thrusts him*
Desp. Quæ hæc barbara est inhumanitas? *Ir.* Etiam murmuras? abi. (*Exeunt.*

ACT. V. SCEN. VI.

Ratio, Audacio, Dolor.

Ra. AIn' vero? vivit Dolor? *Au.* Vivit & mox ni fallor aderit.
Ra. At quî fit ut famigeretur mortuus? *Au.* Bile laborabat atra,
Præque illa se credidit mortuum, mox Concupiscibilis spe lucri
Sancte jurat se vidisse mortuum, & mendacio singulis imposuit
Affectibus fallax, hinc tota lis oritur. *Ra.* Ast ego illum si vixero——
Estne in mundo carcer? suntne catenæ? faxo in æternum
Sit devinctus mihi. At ubi sunt arma de quibus digladiatur?

Au. Intus apud Dolorem, sed eccum ipsum incedentem foras.

Per Martem meum gaudeo tam cito videre salvum & validum.

Jam ficus pro Diabolo. *Dol.* Hoccine credibile est? Siccine

Quenquam melancholia dominatur impotens? immortales

Superi! ego ut me mortuum crederem qui vivo & valeo!

Siccine excideram mihi prout narrat Audacio?

Ra. Dolor salve multum, tam volupe est videre vivum, quam fuerat

Molestum accepisse mortuum. *Dol.* Oh Ratio, Dii te fœlicitent,

Me quidem misere vexat morbus melancholicus, quo sæpius

Evado impotens mei usque adeo, ut hodie me mortuum crederem.

Ra. Enimvero doleo de infœlici morbo: verum tu opinor nescis quantas

Discordias dedit fama mortis tuæ. *Au.* Novit optime.

Dol. Prædixit Audacio totam discordiæ sericm, quam sine novo gemitu effari

Non sustineo. *Ra.* Nosti per quem hæ lites fuerint? *Dol.* Juxta tecum.

Ra. Tu vero Audacio Concupiscibilem investiga sedulo, ad me deferatur cura,

Quem ego ob istuc facinus multabo male. *Aud.* Inveniam,

Ne

Ne dubites, petam licet ab Orco, ficus pro Diabolo. (*Exit*

Dol. Noli obsecro in hominem statuere quicquam gravius.

Ra. Fiet pro libitu tuo, nam tua id interest maxime. *Dol.* Demittatur

Impune precor. *Ra.* Fiet. *Dol.* Jam Ratio istud in votis habeo,

Ut res tristis & ludicra evadat læta & seria, modo tu adsis

Adjuvanti opera. *Ra.* Non est in lingua mihi qua negem istud

Tibi: nam pacis studiosum esse magistratum decet.

Dol. Quæ igitur bella dedere prius, eadem nunc arma pacem dabunt,

Habeant Affectus sibi: quin & alia habeo, quæ lubens Affectibus

Impertirem munere; tu tantum orandus es pro æquanimitate tua

Juxta cujusque indolem singula dispertire singulis, sic finem

Discordiarum omnium æqua censura dabit. *Ra.* Æquum certe mones.

Ego tibi hac in re non deero. *Dol.* Eamus in ædes obsecro.

Læta speramus omnia, & spem nostram spero lætus coronabit exitus. (*Exeunt.*

Act. V. Scen. VII.

Voluptas, Latitia, Irascibilis.

Vo. QUam ægrum mihi est à salute divelli mea?

La. Quin ego

A Voluptate mea pati dividor ægritudine: Verum quod

Juber suprema authoritas parere æquum & necessum est.

Vo. Quid poterit authoritas mandare majus quam verus amor?

La. Sed verus non est, sed est Tyrannus amor, qui plura

Quam decet imperat. *Vo.* Quod si abire necessū est

Invitum abitum compenset citus reditus. *La.* Istud

Fastidiose spera, & ne dubites hoc pignus habe, (*Osculatur.*

O nequam nimis suavium! Ista nectarea labella,

Ut invitum morantur pæne fascinanti osculo! (*Intrat Irascib.*

Ir. Quid istud Lætitia impudentiæ est has moras facere?

La. Eamus, eamus, *falalaletro. Ira.* Quin te Voluptas

Etiam expectat Ratio. *Vo.* Quid mali sit male suspicor.

At esto; Lætitia comite lubens quocunque abeo, qui si absit

Ægre ad felicitatem, si adsit lubens ad miseriam propero.

La.

La. Gratias Voluptas mea, dies licet in venustâ
fier, nox non
Erit sine venere, eamus, sa la la leero. *Iras.* Ite
properate, obsecro.

Exeunt.

Act. V. Scen. VIII.

Audacio, Concupiscibilis.

Con. Quid properas adeo? *Aud.* Malim, cum
ambulatores
Tui serias agunt? nisi citatior pergas ego te hic
Posti alligabo tanquam Caucaso Prometheum
Juppiter. *Adagia*
Con. Annon nosti Adagium, festina lente? *Aud.*
Tua tibi, ficus pro Adagiis. *Con* Næ ego, versor
In malorum Labyrintho, ex quo non evadam sine
fune.
Iras. Quin abeas igitur in maximam malam cru-
cem. *He shrusts him out.*

Act. V. Scen. IX.

Omnes.

Iras. with armour and other things in his hand.

Ir. JUssere ista huc afferri Dolor
& Ratio qui mox ipsi aderunt
O generosa arma! qualia non po-
terat Achilli Vulcanus fingere.

Picturas vero quales! non pinxerit Apelles doctius.
O torquem regium! ut istac catena suffocari quis pervelit! (Intrant omnes.
Sed ecce veniunt: whupp! quid vult concursus iste? num rupta
Sunt Tartari repagula? parata sunt Ratio quæ mandasti singula, (Conceiers the chair.
Ra. Bene habet. Con. Ut est in Adagio, stat pro Ratione. (one
Ain tu Dolor? Hoc modo discordias oblivi-
Sepultas cupis? Dol. Velim hercle ex animi animo.
Tu proinde pro arbitratu tuo singula imperti singulis.
Ra. Vidistis Affectus quid Dolor statuit, qui vos certe semper
Charos habuit, & vestrum ut videtur in æternum cupit esse
Amantissimus: en vobis amantis munera, quæ ideo donare
Placuit ut redeat vobis invicem mutuus & fælix amor.
Quem etiam promovere, non minus ac si ego is essem, studeo. (meo,
Proinde sunt dispertienda singula pro arbitratu
Modo idem allubescat vobis. Om. Lubentissime.
Ra. Tibi Voluptas primulum in munus dono hunc torquem aureum.
Invitat velut aurum præsentis voluptatis lenocinium,
Et quos invitat, velut laqueus strangulat. Vo. Gratias.

Ra.

Ra. Tu tibi Audacio enſem habeas, tu clypeum Timido, improvidus
Salutis ſuæ ſæpius in pericla ruere temerarius Audacio ſolet,
Tum Timor puſillanimis ſub clypeo latet. *Aud.* Ha, ha, he, jam ſicus
Pro Diabolo. *Ti.* Qui bene ſub clypeo latet bene vixit. *Con.* Ut eſt in Adagio.
Ra. Tibi Spes loricam dedico, malorum ictus peſtus penetrarent
Gravius ſi non ſperaret animus. Spes rebus in miſeris
Pars eſt ſalutis aliqua vel ſola ſalus. *Sp.* Gratias ago gratiſſimus.
Ra. Tibi Amor has alas aureas & ſagittas dono: leviores plumis
Sunt amantium animi, & gravius ſagittis vulnerant amoris ſpicula.
Am. Amet te precor mater Venus. *Ra.* Vos vero cæteri
Paſcite picturis animos, niſi etenim rerum ignari ſitis,
Imagine gaudebit quiſque ſua. Tibi Odium, Diſcordiam &
Martem pictos dono, pater Diſcordiæ Odium eſt, Diſcordia
Martis ſoror. *Od.* Lubens accipio, placet omen.
Ra. Hem tibi Lætitia pictum Democritum, in cujus vultu inſipudiant
Ridentes Gratiæ, ut quoties videas, toties rideas.
La. Ha, ha, he, ha, ha, he, ſa la la lee ro.

Re. Hem tibi Tristitia pictum Heraclitum, in cujus supercilio
Mille Catones sedent, ut quoties videas, toties emittas lachrymas.
Tr. Ingentes gratias. *Ra.* Tu vero Ira Ajacem capias (furori suo
In propria sævientem viscera. Ira enim, ne desit
Aliquis sæpe sui impotens in seipsam furit. *Ir.* Sors mihi placet mea.
Ra. Tibi Desperatio vivam mortis effigiem dedico, cujus in
Amplexus ultro desperantes ruunt, quibus nil vita gravius,
Morte nil gratius esse solet. *Des.* Accipio non sine gratiis.
Ra. Jamque mihi pro votis evenit, si vobis etiam quod placet obtigit,
Me certe non pœnitebit fuisse judicem. *Om.* Placet.
Do. Ego tibi interim gratias habeo & habebo perpetuas.
Ra. Jam Stoice tua res agitur. *Sto.* Haud ingrate pol nostra, (Nostis
Dii vertant bene. *Per.* Vertent ne dubites. *Rat.*
Hominis ingenium, fastidium & odium vestri, nostis etiam qualem vobis
Impinxit dicam, cui ut quadantenus saltem satisfaciam, (impune
Istud vos rogo vel jubeo unicum atq; ultimum, ut
Mittatis Stoicum, nec perturbetis vel leviuscule: si occurratis
De via cedite, sermones ne conserite, prope ne accedite, Aspexisse

Aspexisse nimium est: Vosque præter cæteros rogo, *Dolor*, et *Lætitia*,
Quos ille supra mortales omnes odit pessime; cujus animum
Nec secunda possunt flectere, nec adversa frangere, qui
Fortunæ minas & tranquillantes Gratias eadem fronte
Velut cautes Marpesia & procellosum & intempestum mare
Immota patitur; tantum est viri, præstare potestis
Re tantilla obedientiam, si placet annuite. *Om.* Placet.
Per. Quid jam Stoice? quid jam? exclames nunc o tempora! o mores!
Sto. O tempora! o mores! o passum graviora! pet Jovem ego non irascor tamen.
Ra. Tibi vero arridet Stoice? *Sto.* Necessum est —— ut insipienter
Factum sapienter feram. *Ra.* Jam valeant qui inter vos
Dissidium volunt, valeant discordiarum omnium susurri mobiles.
Jam vos omnes ad convivium solenne voco, ubi noctem ducemus
Per lubentias; prima dies tumultus dedit, ultima triumphos feret.
Læ. Ha, ha, he. ut caute, ut læte, ut lepide eveniunt omnia? (nobis gloria?
Quantum huic Stoico admigrat dedecus? quanta
Quæ Stoicum scio, non leviter pungit. *Concup.* Pungit

Credo

Credo nam ut est in Adagio, immensum gloria;
calcar habet.
Sed ego ad convivium propero, et ad convivium
dum propero,
Non sum tantus cessator ut calcaribus indigeam.
(*Exeunt.*

EPILOGUS.

SPectatores, vidistis jam satis Vapulantem Stoicum.
Qui id precium unicum, ne vestra gravius censura vapulet.
Quod si vapulare necessum fuerit,
Juvabit vestris vapulasse manibus.

FINIS.

CANCER.

Comoedia.

LONDINI,
Typis *R. C.* sumptibus *Andr. Crooke*,
1648.

PROLOGUS.

QUI turbellas quærit & inquietem perpetem,
Is comœdiam exornandam comparato sibi:
Nam nulla res est plane, ne navis aut mulier,
Quæ tot habet remoras, tot affert molestias,
Si eam apparare (uti decet) occeperis.
Atque hoc uti loquor, ita esse, nunc modo docti dicimus.
Verum nihil precatum huc exii, deprecatum nihil:
Non quasi nobis haud quis sit spectator benevolus;
Sed quia serum id nunc esset quidem & stultum nimis,
Veniam rogare, ubi non peccasse liceat.
Unum erat, quod vos omnes æquum est monerier,
Nempe quare Cancer a nobis dicta sit hæc fabula.
Atque illud sic habet, nihil hic progredi ut recta facie,
Retrorsum id ire putes prorsum quod it tamen,
Ibi res salva sit, ubi videtur periculum.
Jam spectatores, hæc fabula si minus a nobis accurata
sit probe,
Supremam manum vos addite benigniate & silentio.

Dramatis

Dramatis personæ.

Rodericus, senex.
Lucilius, adolescens.
Corbus, servus.
Granchio.
Balia, nutrix.
Fantichius, puer.
Fortunius, adolescens.
Ursilia, matrona.
Gallus puer.
Albertus, Monachus.
Erminia, puella.
Sempronius, senex.
Fannius, servus.
Carpinius, fur.
Faber, ferrarius.
Bargello.
Vigiles, 4.

Horum fit mentio tantum.

Claritia, puella.
Manlianus.
Constantia, uxor Sempronii.
Lysa, ancilla.
Corvinus.

Scena supponitur in Florentia.

CANCER,

CANCER.

Act. I. Scen. I.

Rodericus salutat & valedicit filio suo, & redit in domum suam. *Rodericus*, *Lucilius*, *Corbus*, ex ædibus *Rod.*

Lu. Satin' pater abiit? heigh Corbe, vidistin' epistolam?

Cor. A Sienna? quam hesternâ nocte dedisti pellegendam patri,
Quâ Siennam accersitus es? *Lu.* Ipsam Corbule.
Tu igitur existimas me Siennam profecturum hodie?
Cor. Quid ni? *Lu.* Cum patre juxta falleris;
Ipse hanc epistolam à me dedi mihi, eo igitur & non eo,

Cor.

Cor. Noſti tarditatem meam, tu me ludis propterea
Is & non is; quaſi hoc non ſit impoſſibile? *Lu.*
Non eſt, crede mihi.
Verum age; poſthac faxo ſcies; ſed ubi eſt mar-
ſupium? (*Exit ut petat marſupium.*
Cor. O here. *Lu.* Abi, affer, antiquum obtines.
Tardus hic eſt ſervolus, & haberi ingenio,
Non eſt plane ſtultus quidem, ſed ſtulto proximus,
Neque mihi magis hercle propterea diſplicet.
Fidus eſt & bonus, linguâ ſimul & operâ.
Me ab infantiâ colit & amat, atque hoc ſat eſt mihi.
Eſto mihi ſervus fidus & amans, de cæteris ipſe
caveto.
Verùm adeſt aſinus. *Cor.* Quæſo here, quæſo here,
Lu. Tace,
Numquid literas & veſtem tradidiſti Erminiæ meæ.
Cor. Neſcio ob,
Nempe virgini quæ in illiſce habitat ædibus, illius
viduæ. a-hum.
Lu. Urſiliæ. *Cor.* Urſiliæ? recte Urſiliæ. *Lu.* Quid ais?
Dediſtin' illi ipſi in manus? *Cor.* Maxime dedi
& ſubriſi ſimul.
Lu. Quid ita? *Cor.* Veſtis virilis erat. *Lu.* Quid
tum? *Cor.* Here
Quia mittis amoris ergo veſtem virilem virgini.
Lu. Hoccine te movet? optime. Verum reſponde
mihi.
Quid illa? nihil reſcripſit? *Cor.* Plane nihil.
Raptim accepit: tum autem ſatis me inclementer
extuſit quaſi ex ædibus.
Lu. Ne mater hunc conſpiceret, metuebat ſcilicet.

At

At quid dixit? *Cor.* Sane nonnulla verba mellitiſſima.

Lu. Cui? *Cor.* Mihi. *Lu.* De quo? *Cor.* De te. *Lu.* Quid ceſſas dicere?

Cor. Oravit ut nemini dicerem. *Lu.* Nemini? at potes mihi.

Cor. An tu non es aliquis hominum? *Lu.* Papæ.

Cor. Certe erant verba mellitiſſima,

Atque amatoria admodum. *Lu.* Quin dicas, impero,

Niſi vis tibi magnum malum. *Cor.* Dicam igitur; Uhum, equidē oblitus ſum: ehum, elapſa ſunt mihi.

Lu. Sic ſoles aſine, ferendum eſt; verum potin' hoc dicere?

Cor. Quid? *Lu.* An Fortunius certo hinc migrarit Venetias?

Cor. Quippini? *Lu.* Vidiſtin' extra portam in viâ? *Cor.* Minimè,

Sed abiit ſat ſcio. *Lu.* Quo argumento dicis hoc mihi?

Cor. Quia valedixit mihi, ſicut iter ingredientes ſolent.

Lu. Solidum argumentum! equidem illum abiiſſe ſpero, & abeſſe gaudeo.

Cor. Gaudes here de abſceſſu fratris tui? *Lu.* Fratris mei? (here?

At enim ego fratrem dici nolo meum. *Cor.* Quare

Eſt adoleſcens pol probus, ſuavis, optimus. *Lu.* Quid ita? (bona.

Cor. Quia me ſemper amavit, mihi multa fecit

Lu. Pol ſapis. *Cor.* Annon tu illum amas? *Lu.* amo ſatis. Verum

Verum fuit impedimento mihi, amovendus erat.
Cor. Quî istuc? *Lu.* Dicam; quanquam sat scio tu nunquam intelliges.
Cor. Dabo operam. *Lu.* Fortunio certè neque forma, neque indoles, neque obsequium deest: Tum patri ut inprimis placerem, curavit sedulò. Quo factum est, ut pater illum æque ac me semper dilexerit.
Id ego stomachabar aliquoties, ferebam tamen.
At nunc ut res meæ sunt non fero amplius.
Cor. Num tuæ res mutatæ sunt tibi here? *Lu.* Hoc modo.
Erminiam hanc è proximo (uti nosti) amavi jam aliquandiu, & amo unice.
Verum quia indotata est, celavi amorem quantum potui;
Neque cuiquam quicquam de illo dixi, præterquã tibi.
Cor. Ubum, habeo gratiam. *Lu.* Huc res redit denique: Hâc nocte statui Erminiam hinc Siennam abducere,
Et secretò collocare Siennæ apud Octavium amicũ meum.
Cor. Quis ille Octavius? *Lu.* Quid id tua refert asine?
Familiaris olim mihi fuit, dum una viximus Baduæ.
Apud illum Erminiam locabo, dum patrem conciliavero.
Cor. Sed quid hoc ad Fortunium? *Lu.* Metuebam scilicet,

At quid dixit? *Cor.* Sane nonnulla verba mellitiſſima.

Lu. Cui? *Cor.* Mihi. *Lu.* De quo? *Cor.* Dere. *Lu.* Quid ceſſas dicere?

Cor. Oravit ut nemini dicerem. *Lu.* Nemini? at potes mihi.

Cor. An tu non es aliquis hominum? *Lu.* Papæ. *Cor.* Certe erant verba mellitiſſima,

Atque amatoria admodum. *Lu.* Quin dicas, impero,

Niſi vis tibi magnum malum. *Cor.* Dicam igitur; Uhum, equidē oblitus ſum: ehum, elapſa ſunt mihi.

Lu. Sic ſoles aſine, ferendum eſt; verum potin' hoc dicere?

Cor. Quid? *Lu.* An Fortunius certò hinc migrarit Venetias?

Cor. Quippini? *Lu.* Vidiſtin' extra portam in viâ? *Cor.* Minimè,

Sed abiit ſat ſcio. *Lu.* Quo argumento dicis hoc mihi?

Cor. Quia valedixit mihi, ſicut iter ingredientes ſolent.

Lu. Solidum argumentum! equidem illum abiiſſe ſpero, & abeſſe gaudeo.

Cor. Gaudes here de abſceſſu fratris tui? *Lu.* Fratris mei? (here?

At enim ego fratrem dici nolo meum. *Cor.* Quare

Eſt adoleſcens pol probus, ſuavis, optimus. *Lu.* Quid ita? (bona.

Cor. Quia me ſemper amavit, mihi multa fecit

Lu. Pol ſapis. *Cor.* Annon tu illum amas? *Lu.* amo ſatis. Verum

Verum fuit impedimento mihi, amovendus erat.
Cor. Quî istuc? *Lu.* Dicam, quanquam sat scio tu minquam intelliges.
Cor. Dabo operam. *Lu.* Fortunio certè neque forma, neque indoles, neque obsequium deest: Tum patri ut inprimis placeret, curavit sedulò. Quo factum est, ut pater illum æque ac me semper dilexerit.
Id ego stomachabar aliquoties, ferebam tamen.
At nunc ut res meæ sunt non fero amplius.
Cor. Num tuæ res mutatæ sunt tibi here? *Lu.* Hoc modo.
Erminiam hanc è proximo (uti nosti) amavi jam aliquandiu, & amo unice.
Verum quia indotata est, celavi amorem quantum potui;
Neque cuiquam quicquam de illo dixi, præterquã tibi.
Cor. Ubum, habeo gratiam. *Lu.* Huc res redit deniq;
Hâc nocte statui Erminiam hinc Siennam abducere,
Et secretò collocare Siennæ apud Octavium amicũ meum.
Cor. Quis ille Octavius? *Lu.* Quid id tua refert asine?
Familiaris olim mihi fuit, dum una viximus Paduæ.
Apud illum Erminiam locabo, dum patrem conciliavero.
Cor. Sed quid hoc ad Fortunium? *Lu.* Metuebam scilicet,

Ne si pater iratus foret, propter insperatas nuptias,
Me abdicaret, & illum præsentem amaret unice.
Ego Fortunium apud patrem incusavi, ejus amores feci palam,
Suasi, persuasi ablegandum Venetias,
Ne quod nunc ago præsens, impediret mihi interea,
Aut (si expers culpæ videretur) apud patrem esset prior.
Patres, qui duriusculi sunt, omnia ferunt æquius,
Quam ut gnati uxores indotatas ducant domum.
Cor. Quid? an illa indotata est virgo tam splendidâ, tam nobili familiâ?
Lu. Ita est: Raymundus frater Sempronii hujus, Erminiæ fuit pater,
Ille fortunatam diu mercaturæ operam dedit. Sed
Dum ex Ægypto solvens repetit Florentiam, in Piratas incidit,
Illi Raymundum & vitâ spoliant & bonis fere omnibus
Cor. Piratas? quid sunt Piratæ? *Lu.* Molestus es, hinc Erminia mea
Quæ sic abundat formâ, facta est egens rei.
Cor. Si egens sit, quare matrem celat amorem tuum?
Quasi mater dedignaretur te generum sibi.
Lu. Recte hoc quidem & præter ingenium rogas; dico tibi.
Ursilia mater ejus, nuptias exosa, ob fatum viri,

Propter

Propter hanc, quâ premitur, viduitatẽ & paupertẽ,
Erminiam filiam suam Monacham jampridem vo-
verat;
Illa ut ætas tulit, annuebat & promittebat in-
sciens.
Cor. Monacham? *Lu.* Ut Monacha, inquam, esset
perpetuò.
Quare ut est severa, imo sæva & pertinax,
Si quid Erminia insinuavit de nuptiis (quod fecit
sæpius)
Filiam insimulat inconstantiæ & impudicitiæ.
Hinc est, quare Erminia nomen meum & amores
reticuit,
Et nunc ad gaudia nostra per dolum & fugam pa-
rat viam.
Cor. At quæso here, quid sunt piratæ? *Lu.* Vah,
tace.
Præstitutus olim ad hanc rem dies est crastinus,
Quare si hac nocte Erminiam ex his ædibus non
extraxero,
Cum invisâ pompâ cras aderit chorus virginum,
Ducent ad Monasterium, sepulchrum pulchritu-
dinis,
Ubi vivæ sepeliuntur virgines: Illæ meam Ermi-
niam?
Ejus ego ocellos, labia, papillas corrumpi finam?
Cor. Here, satis venusta est; sed quid sunt piratæ
non narras mihi.
Lu. Apage te, venusta! imo præ illa invenusta est
ipsa Venus. (*Lucil. transit Scenam.*
Adesdum, aspice; annon illæ senestræ longe sunt
pulchriores reliquis? *Cor.*

Cor. Ego non sentio. *Lu.* Ah stipes! non sentis lapis? (*Intrat Rod. ex ædibus suis.*

At ego sentio, & gestit mihi animus dum cogito,
Ut hæc nox mihi demet omnem ægritudinem?
Solitudo, timor, mœror, suspiria, lachrymæ (comites quondam mei)
Vos jubeo omnes valere in posterum. } *Ad fenest.*
ah mea. } *Erminia.*

Actus I. Scena II.

Rodericus, Lucilius, Corbus.

Rod. Quid tua? quid cessas Lucili? quæ hæc est mora? quæ mantatio?

Lu. Convenit me quidam familiaris, qui moram injecit mihi, verum abeo.

Rod. Imo, mane; quid tibi cum his fenestris? quæ hæc speculario est?

Lu. Jocabar cum Corbo de fenestræ illius artificio & pulchritudine.

Rod. Jocari in tua re seria? non decet, non probo, at die mihi.
Quid tu de solitudine, mœrore & lachrymis dicebas modo?

Lu. Dolebam solitudinem tuam & mœrorem, postquam ego hinc abierim,
Atque suspiria & lachrymas in futuris amoribus meis. *Ro.* Siccine?
Verebar ne quam allocutus esses virginem.

Es

Est hisce in ædibus virgo? annon? *Lu.* Audivi, paret.
Cor. Imo est virgo nubilis. *Rod.* Nostin? *Lu.* Egone? *Rod.* Tu.
Lu. Ego ut noverim?
Rod. Mirabar te tam stultam rem agere & ridiculam,
Eam quam non nosti, compellare de viâ; stultum hoc esse quidem.
Cor. Cer. è here, Lucilius tuus nihil stultè fecit, aut ridiculè;
Novit illam probe. *Lu.* st, quid ais? *Rod.* Quid hoc est?
Lu. Nihil mi pater, nosti quàm sit hic tardus animi:
Dum me excusat ũcupit, incusat ultro: dicam serio,
Ego ad hanc rem, quam paro, Siennam (quantum potest) propero.
Rod. Age, multum diei abiit, propera. *Lu.* Fugio. ah stipes!
Rod. Atque audin? pecuniam quam credidi Fabritio, obiter memineris.
Lu. Meminero, vale, *Rod.* Vale. *Exeunt ad for: Bac:*

Act. I. Scen. III.

Rodericus, Granchio, ex ædibus suis.

Rod. transit Scen.

Quidlanto in pectore hanc tem meo magis voluto,
Tanto mihi ægritudo auctior est in animo.
Nihilne esse certum cuiquam? nihil in hâc vitâ integrum?

Dii

Dii veſtram fidem! habere filios, id vero nihil eſt. (*Intrat Granchio.*

Quicquid id eſt, quod habes, dum eo non frueris, non habes. (*fluunt,*

Id ego experior, cui multa in unum locum con-

Quæ meum pectus pulſant ſimul.

Gra. Quis ille homo eſt? hum Rodericus.

Rod. Duos habeo filios, neque unum habeo tamen; quod hoc malum?

Quaſi in orbitatem liberos produxerim.

Gr. Quid ille de filio muſſitat? cave tibi Granchio.

Rod. Sed video Granchionem, compellabo hominem;

Amicus homo eſt, atque id verum comperi;

Proloqui dolorem, neſcio quo pacto, ærumnam levat.

Gr. Ad me rectà itur. *Ro.* Granchio ſalve.

Gr. Quis homo eſt? O Roderice, tune eras? Salve Signor mio.

Quid eſt? ut vales? ſatiſne rectè? *Ro.* Sic

Ut quimus aiunt, quando ut volumus non licet.

Gr. Subtriſtior mihi viſus es aliquantò quàm ſoles.

Ro. Væ miſero mihi, quanta de ſpe decidi?

Gr. Quid iſthuc? quæ res te ſollicitat autem?

Ro. O Granchio. *Gr.* Eloquere; quicquid id eſt,

Ne retice, ne verere, crede, inquam, mihi.

Aut conſolando, aut conſilio, aut re juvero.

Ro. Sane quidem, Granchio, merito te magnifacio:

Et quanquam nupera hæc inter nos admodum notitia eſt,

Tamen & comitas tua & vicinitas

Facit

Facit ut tibi audacter credam consilia omnia:
Quanquam hac in re neq; consilio, neque auxilio
sit locus.
Sed ne te longius animi suspensum teneam,
Scias Granchio, meæ hujus ægritudinis
Nullam aliam esse causam quàm amorem.
Gr. Itane verò? ha, ha, he, senem pænè Acheronticum,
Qui in Charontis cymbâ pedem alterum habet:
Amare id ætatis, ha, ha, ô tempora! ô mores!
Ro. Quid est? quid tecum mussitas Granchio?
Gr. Nempe tu non primus es amator senex;
Fecerunt præter te item alii magni viri.
Ro. Amator? quid ais? ha, ha, egon' ut amem? dii
prohibeant:
Hæc pol esset miseria, ô noster Granchio;
Multa adfert secum senectus incommoda, mula deliria.
Neq; sum ita denuò factus puer, ut amē; vah non,
Non amor quem dico, meus est illiusmodi; non.
Gra. Sin esser, quid porro novi accideret?
Rod. At dico tibi non esse; alius me amor agitat,
Et qui me magis decet, paternus & cura liberûm.
Gr. Intelligo; nunc demum aperte loqueris, perge.
Et si quid meo consilio usus est, præsto sum, impera.
Ro. At nihil consilio nunc opus est, sed (quod in
rebus duris ultimum est)
Solatio & misericordia, sed quid verbis opus est?
scies igitur
Me etiamsi natum hic Florentiæ, vixisse tamen huc
usq; adeo

Venetiis, inde etiam ante tres menſes primùm migraſſe huc Florentiam.
Una cum familiâ; decrevi ſcilicet amore ductus patriæ,
In hâc civitate, quâ natus ſũ, quáq; omnes proavi
Vixerunt, non ſine dignitate antehac,
Quod reliquum eſt ævi agere. *Gr.* Bene habet; perge.
Ro. Duos adoleſcentes adduxi mecum huc Florentiam, Lucilium, & Fortunium,
Alibi eductos antehac, alterum Paduæ Academicum,
Alterum Venetiis mercatorem; nunc hic peregrinus ſenex
Alienos à me ultrà non patior, accerſivi illico,
Perduxi mecum ut una eſſent, ſic induxi animum,
Ut ſolent patres, ſenecturi eos ſolatio fore. *Gr.* Rectè ſenſiſti.
Ro. Senſi, ſed nunc ſecus comperi Granchio. *Gr.* Quid ita?
Ro Audi, ille meus Fortunius. *Gr.* Hum. *Ro.* Vix decem hîc egerat dies
Circumſpectans urbem, ut ſit, incautus juvenis
Licentiâ factus nequior (neq; enim talem antehac expertus ſum)
Quo nemo melior, aut modeſtior, aut magis induſtrius,
Tunc cum Venetiis intentus fuit negotiis.
Quid multa? errans iſthic per plateas, aſpexit virginem,

Ama-

Amavit. *Gr.* Amavit! *Ro.* Efflictim. *Gr.* Jurabo id. *Ro.* Quid ais?

Gr. Cujus inquam? *Ro.* Sempronii filiam hic è proximo. *Gr.* Falleris. *Ro.* Quid ita?

Gr. Nam Sempronius ille, quem dicis non habet liberos.

Ro. At hercle scio eum aliquam in ædibus nutrire virginem.

Gra. At illa privigna ejus est, uxoris filia, quam duxit alteram, non sua.

Quã tamen minoris haud faci quam si esset sua:
Aiunt etiam cum sit ipse orbus liberis,
Hanc virginem asciturum eum in hæredem sibi.

Rod. Agedum, illa ipsa est, quam perit Fortunius.

Or. Scio. *Ro.* Scis tu? *Gr.* Audio, inquam, porro, porro.

Ro. Ubi rem rescivi & serio reputavi mecum,
Sempronium, virum potentem in civitate, divitem,
Virginem ipsam nobilem, meum è contra ignotum,
Advenam; nihil spei deniq; futuras nuptias;
Cœpi accusare, increpare, objurgare, omnia facere,
Quo extirparem amorem hunc ex animo juvenis.
Cum nihil profeci, metuens quò evaderet,
Ne in extremam aliquam exinde infamiam se immergerer,
Decrevi mecum ultimo uti remedio, atq, eum amovere hinc protinam.

Ea spes elapsa est; sic quasi perdidi unum filium.
Multa orantem, multa fingentem denique;
Remisi eum heri Venetias. *Gr.* Nova, nova,
Miser homo quàm deceptus est? *Ro.* Quid isthuc?
Gr. Misisti eum igitur Venetias? *Ro.* Certe.
Gr. Certe? *Ro.* Certo certius.
Verùm Deus bone, quam ibi molestiam vidi?
Plaustrum credo aliquod trans limen hoc traheres,
Citius quàm ego Fortunium: vide sis quas preces,
quales moras, quanta suspiria.
Gr. Sed tandem abiit? *Ro.* Ægre nimis, ægrè & lachrymans.
Gr. Per Deos nimis tu fuisti durus, præter æquũq; & bonum,
Juvenem amantem cum contumeliâ domo ejicere;
Vide sis nunc jam, æque est ac ad suspendium adigere.
Ædepol peccatum est largiter: nam per Deos, quid est? juvenum juvenilis est animus.
Nescis quam rem egeris: verùm *basta*, quod factũ est infectum reddi non potest.
Tu si me audis; verùm *basta*, abeat, valeat.
Ro. O Granchio, vix mille credo passus ex urbe abierat. *Gr.* Vix.
Ro. Quum mille mille hoc pectus pungebant curæ;
Domum revertor mœstus, atque animo fere
Perturbato, atq, incerto præ ægritudine.
Cœpi cogitare: hem isthoccine pacto adolescentem miserum

Amo-

Amore & dolore perditum demittere? hui, hui.
Gr. Vah, ne te ita excrucies animi, palam in plateis
Lamentari muliebriter hominem istius loci? vah pudet me tui,
Roderice. *Ro.* O Granchio mi, vivere me interea isthic loci
Imbellem, ignotum, desertum, senem exutum liberis,
Propinquis, amicis omnibus! *Gr.* Age vero, reprime te; bene succedent omnia.
Me vide; neq; ita desertus es adeo; habes domi Lucilium tuum,
Adolescentem pol optimum. *Ro.* Ah Granchio satin' me miserum putes?
Gr. Quid rei est? *Ro.* Hic quoque me dereliquit etiam. *Gra.* Quis? Lucilius?
Ro. Maxime. *Gr.* Indignum facinus: quamobrem? *Ro.* Nescio nisi mihi deos satis
Scio fuisse iratos, qui auscultaverim. *Gr.* Cur ita feciſti?
Ro. Persuasit. *Gr.* Quibus argumentis? *Ro.* Dicam tibi;
Hic virginem quæsitum abiit, Fortunius perditum.
Gr. Probè. at qualis ea est tandem? *Ro.* Nescio.
Sed familiaris ejus quidam, Siennæ habitans,
Adolescens, datis ad eum literis histerno die
Eo invitavit filium. *Gr.* Quid ibi facturum? *Ro.* Nempe virginem ut viseret,
Divitem, ut aiunt, honesto natam loco,

Atq; eo is nunc abiit. *Gr.* Hoccine vero adeo est lachrimabile?

Age, age, irritas fortunam; vide sis, haud multò post

Redibit Lucilius tuus incolumis, uxora us cum dote eximiâ.

Ille item alter aut desinet amare, aut potiri incipiet.

Tute interea hoc age, Sempronium adi, nuptias sollicita.

Ro. Ah nihil agis Granchio, nunquam futuræ sunt nuptiæ.

Gr. Malè dicis. *Ro.* Dico equidem quod res est. *Gr.* Quid ita? *(intrat Fantichius.*

Hum eamus Roderice, ne captet aliquis sermones nostros:

Crepat ostium Sempronii. *Ro.* Ibis igitur mecum ad forum?

Gr Libenter; namq; ibi me manent negotia, *Ro.* Eamus,

Act. I. Scen. IV.

Balia, Fantichius ex ædibus *Sempronii.*

Fan. Hem Balia, exi foras. quid stas? liquido licet, abierunt senes.

Ba. Numnam nos insanimus Fantichi, qui domo egredimur,

Ut de secretis nostris communicemus consilia?

Fa. Atq;

Fa. Atq; id quidem ſaris ridiculum eſt.
B. Atqui huc animũ advorte, atq; auſer ridicularia,
Numquis hic eſt alius præter me & te?
Fa. Nemo eſt; perge igitur ut occæpiſti dicere.
Neq; dubites arcani hoc, quicquid eſt, meæ fidei concredere.
Mihi quod credideris, ſumes ubi poſueris.
Ba. Novi te mi Fantichi, præter annos & vultum iſtum, nihil tibi quicquam ineſſe pueri.
Alioqui haud prudens ſim, qui puero conſilia mea ita temerè committerem.
Fa. Puero? lepidus ego ſum puer, annon? verùm perge.
Ba. Hic quem dixi Fortunius, ita perrexit porro amorem perſequi
Ut facile ſentiret Claritia. *Fa.* Bene habet. *Ba.* Neq; ipſa adeo intractabilis fuit.
Nec ubi oculos blandè torquebat Fortunius
In illam, ceſſit uſquam loco: crede mihi Fantichi,
Ita probè calleo haſce artes amatorias, ut propter peritiam meam
Idonea ſatis ſim ſcio, quæ è cathedra perlegerem:
Novi adoleſcentium ingenia, novi, novi.
Fan. Rectè, rectè. ſatis proni ad libidinem omnes.
Ba. Rem tenes, ita eſt, verùm illa noſti, novitia admodum,
Puellula, infantula, ineptula, eccere
Haud ita pridem quam hiſce ulnis geſtavi meis,

Fa. Sed porro enecas me tædio tuo.
Ba. Summa est, primò tabellas ferri & referri mutuo,
Deinde munuscula etiam amatoria aliquot,
Flores byssinos, corda acu texta, violas, annulos, atq; ejusmodi erotica; nosti.
Fa. Rectè. *Ba.* Post grassans subinde igniculus,
In apertū tandem prorupit incendium, usq; adeo
Ut ad me ultro quodam die accesserit Claricia,
Ibi in conclavi, atq; elocuta sit planissimè,
Decretum esse nunc sibi aut mori aut Fortunio nubere.
Neq; id se latere quàm ingratum hoc foret vitrico suo,
Et matri suæ juvenem ut depetiret ignotū, nescio quem & advenam.
Me denique ita adorta est lachrymis & precibus suis,
Ut quo solatium ei adferrem miseræ, meam operā & fidem
Promitterem lubens, si quà fieri posset, ut frueretur Fortunio.
Huc etiam accessit Granchionis astutia qui me indies extimulat
Atque instigat, neque uspiam cessat noctu atque interdiu,
Ita suis me ductat dolis, ærastor ita ille versutè malus est,
In ossa mea & medullam penetravit credo.
Fa. Mihi mira narrare visa es Balia,
Granchionem hisce rebus operam dare.

Ba. Dii

Ba. Dii boni! nẽpe is ſolus author eſt, ſator ſartorq;
ſceleris;
Apud eum nunc latitat Fortunius, interea miſe
ſenex
Quàm deceptus eſt? credit eum confeciſſe jam bo-
nam partem itineris;
Quid verbis opus eſt? Granchio choragus eſt uni-
cus in hoc negotio.
Fa. Atqui ego putabam hunc eſſe hominem inte-
gerrimum.
Ba. Oh Jupiter! pol iſte nimis nequam nebulo
eſt, mi puer.
Fa. Enimvero Balia, viſus eſt mihi ſemper civis
primarius;
Ita quotidie ædibus aſſueſcit ſummatum virũm,
Eorum utens ſemper conſortio & conſuetudine:
Quin etiam per plateas ita incedit graviter & vultu
tetrico.
Ba. Et totas noctes per tabernas cum peſſumis ne-
bulonibus repit.
Ah puer, neſcis quàm fronti nulla ſit fides; novi
ego Granchionem;
Næ ille omnium horarum eſt homo. *Fa.* Iſthuc eſt
ſapere, verum
Quod ad rem attinet, perge porro proloqui.
Ba. Uno verbo expediã, huc res hæc rediit deniq;
Utrinq; amor illaqueat, matura hæc nunc eſt fa-
bula,
Atq; hac nocte tranſigendus eſt actus ultimus. *Fa.*
Quid ita?
Ba. Quoniam omittenda non eſt occaſio tam be-
ſtica

Quam diu expectavimus, heræ noſtræ abſentiæ
Quæ hodie rus abiit, non reditura hac nocte;
Proin ſtatui mecum hâc nocte Fortunium intromittere. *Fa.* Quo?
Ba. In cubiculum Claritiæ. *Fa.* In cubiculum Claritiæ?
Ba. St, tace. Quidni? Egon' ut ſinam
Miſere amantes unà perire miſere? non faciam.
Fan. Vide quam rem agas: ſed quî ſcis ruri manſuram hac nocte heram? *Ba.* Scio.
Præterea id nunc agit Granchio, ut herum noſtrũ aliquo pacto ludat & Fannium,
Ne iis forte ſuboleat, quod machinamur. *Fa.* Audax mehercle facinus,
Et metuo male quorſum evadat; neque cogitas Balia,
Quàm ſit oculatũ animal & ſuſpicax iſte Fannius.
Crede mihi Balia plures oculi intenti ſunt in Claritiam quàm tui.
Tibi ſoli hera ut crederet filiã? non veriſimile eſt.
Agnellam lupæ? *Ba.* Quid ais verbero? *Fa.* Lenæ vellem dicere.
Quid intereſt? *Ba.* Pergin' malè loqui, maſtigia? cave dixeris.
Mihi tu iſthæc? nequães Fantichi. *F.* Ah tã ſæviter?
Jocabar hercle Balia, verùm dic mihi,
Quid meâ hic opus eſt opera? ut lucernam interea porrigam?
Ba. Ah ne dixeris. nunc ego te quæſo, Fantichi, ut operam tua & conſilio juves,
Participeſq; hanc mecum provinciam. *Fa.* Quid ut facerem?

Ba. Multa

Ba. Multa sunt quæ tuam expetunt opem, præcipuè
Lysam illam aliquo pacto ludas, quo ejus me occupatis liberes;
Confabulare cum eâ lepidè, ut soles, aut si potes, inebria eam;
Quidvis porro facias, modo ne mittas. *Fan.* Sine me;
Eã ego tractabo lepidè, lepidè excipiã ne dubites.
Verùm Balia quid mî accrescet deniq;? aut quam ego mercedem laboris feram?
Nam scio te tuam industriam non solere nucibus vendere.
Ba. Profecto Fantichi dicam quod res est: hoc si effecero,
Pollicitus est mihi Fortunius. *Fo.* Oh. *Ba.* Tunicã & parvam stipem,
Triginta aureorum, in dotem nepti meæ Luciæ;
Et quia nummus ei in præsentiarum non supperit,
Oppiggnorabit mihi hodie togam, haud vilis pretii,
Quam Rodericus huc tulit secũ, ut daret principi.
Hanc, inquam, mihi opponet pignori, intereadum solvendo est.
Hanc ubi primùm nactus sum pecuniam,
Quatuor tibi integros aureos in mercedem dabo.
Fa. Parum est, hem
Eamus Balia, vide aliquot venientes huc ex adverso.

ACT.

Act. I. Scen. V.

Granchio a foro Bacc. cum Carpinio post susurros aliquot accipit scalam sericam clanculum. exit Carp. ad forum Decan.

Granchio, Fortunius ex ædibus *Granch.*

Gr. PEr deos vide sis nunc jam; quid tu ante ostium modo?
Cupis spectari, annon? arq; referri id patri,
Te hîc hærere apud me? Ita me dii ament Fortunii,
Miseret me tui & piget. Ita impotens animi es,
Ad vesperam non potesse te manere in ædibus.
Fo. Siquidem id nunc displicet patri,
Demisisse me hinc se, quid porro latebram obsecro?
At cur me non facio palam? *Gr.* Eccere jam, tuatim facis; nempe tu vis deseri.
Cupis me hinc amoliri. *Age*, vale. *For.* Granchio.
Gr. Næ ego infœlix sum, qui tua me sollicito amentia.
Fo. Ah Granchio, tu si hic esses, aliter sentias:
Qui nobis non dolet, facile dolorem spernimus.
O Jupiter! integrum nunc diem ex quo vidi vitam meam!
Gr. Quid ais? integrum diem, & vivis etiam? ô Jupiter!

Po

Pol tu periisti basilicè. ve ùm ausculta paucis, Ego
sanè haud arbitror bonum,
Aut conducibile ut ad Claritiam te admittat hâc
nocte Balia.
Fo. Occidis me *Gr.* Sed viden' quorsum? *Fo.* Scio,
ut me perderes.
Gr. Aha; cavete pueri: isthuc est amare. *Fo.* Ob-
secro te Granchio ne me ita excrucies.
Gr. Oh mi adolescens, tu qui hic ita te malè con-
tines,
Quid te facturum censeam cùm eo venetis? scio,
scio,
Tu si semel intraveris, verendum est, ne unquam
excesseris postea.
Fo. Non faciam Granchio. *Gr.* Quî credam tibi?
Fo. Sanctè juro,
Gr. *O perdonate mi*; jusjurandum hoc est Ve-
nereum.
Fo. Non Apollinis magis verum atq; hoc dictum.
Gr. Non, non.
Quamdiu hic stas? non credo tibi. *F.* Quin abeo
igitur.
Gr. Verba audio. *Fo.* Eo; verum Granchio.
Hâccine ego nocte ibo ad Claritiam? *Gr.* Hac nocte.
Fo. Eliciemus senem ex ædibus suis. *Gr.* Imo ex-
trahemus.
Sin minùs ut tu introeas, curabo isthoc. *Fo.* Quo-
modo?
Gr. Rogas? vi, dolo, machinis, miraculis, arte ma-
gica.
Fo. Oh enecas me. Quæso te mi Granchi, si hoc
præstiturus es, ut dicis, Osten-

Ostende mihi paucis quo pacto fiet. *Gr.* O enecas me!

Quæso te mi Fortunii, annon te miseret mei?

Historiâme tam longâ nunc contexere: verùm age.

Vidisti tu illum festivum hominem qui me modo rel quit?

Fo. Quẽ? nigrum illum colore mustellino? quicum concessisti aliquantulum

Ut solus convenires. *Gr.* Recte; animadvertisti tum? bene habet.

Scin' tu qualis vir fuit? *Fo.* Non ædepol scio, neq; curo.

Gr. Oh cave dixeris. Homo ille est perpaucorum hominum.

Fo. Aut perpaucarum literarum potius. *Gr.* Per deos magus es, credo:

Num purus putus fur est. *Fo.* Fur? quid tibi cum isthoc negotii interim?

Gr. O bonus est arte is suâ, atq; industria sibi victum comparat,

Quod pauci faciunt hodie, sed quid me censes cum eo egisse?

Fo. Nescio. *Gr.* Ariolare. *Fo.* Dedisti fortasse argentum mutuum.

Gr. Dedi capistrum mutuum: cine argentum ego? imo mihi dedit mutuum.

Fo. Quid? *Gr.* Capistrum credo, vide. *Fo.* Medius fidius ludis, annon?

Quid hoc sit? *Gr.* Rimare penitùs. *Fo.* Quid malum est? scala serica? (*Intrat Carpinius a foro Dec.*

Quorsum isthæc? *Gr.* Quid tuâ id interest?

ACT.

Act. I. Scen. VI.

Granchio, Fortunius, Carpinius.

Ca. ECcum vero ipsũ opportunè. certũ est mihi
Scalã istã meã repetere denuò; quid malùm?
Itáne artem imperite exercet suam ut scalam sibi
emere non possit?
Gr. Quid tibi videtur? satin inspexisti etiam?
Fo. Fabrè mehercle factam, verùm potin' mihi
tandem dicere?
Quorsum ista hæc scala fiet? *Gr.* Quorsum ut sit, nisi
ut te adjuvet?
Fo. Men' Granchio? *Car.* Adduxit secum, video,
bonis avibus. *Gr.* Hæc, inquam, scala byssina
Fo. Quid faciet? *Gr.* Istarum ædium nobis copiam
faciet,
Fo. Quarum vero ædium? *Gr.* Sempronii, non
intelligis? *Ca.* Ecce verò,
Dii boni! quàm referta sunt hominum corda astu-
tiis?
Isti homines meis retibus sibi aucupium parant,
Spoliare istas ædes; ô proditores pessumos!
Gr. Quid censes? *Fo.* Quid censeam? quod
tu vis.
Ca. Hebetem me adeo, qui hoc non intellexeram?
Gr. Itane tibi arduum videtur hoc opus? *Fo.* Quo
pacto fiet?
Aut qua patebit aditus? nunquid per has fe-
nestras?

Gr. Stultum

Gr. Stultum me putas? quid per haſce feneſtras plateam verſus? neutiquam;
Sed per poſticas illas, quæ hortum aſpiciunt.
Ca. Recte pol monet; hic homo habet acetum in pectore,
Verùm ni caveat, quod hunc capere oportet ego intercipiam.
Advertendus mihi nunc animus eſt aliquantum; mea hoc intereſt.
Gr. Quid tute tecum cogitas? quid taces? quid non reſpondes mihi?
Fo. Cogito mecum, quâ viâ in hortum tranſeam.
Gr. Id autem mirum eſt; ad quid obſecro iſte tibi murus?
Profundus fortaſſe eſt ſaltus de muro. *Ca.* Per deos atque hic verum dicit.
Profundus eſt ſaltus, jurabo id. *Fo.* Quid tum poſtea cum ad hortum pervenero?
Gr. Aſcendas arborem illam affinem tecto, ex ea in feneſtram tranſeas.
Car. Libenter ego nunc aures meas cum aſino murem.
Fo. Et inde quò? *Gr. Soho,* Lupus in fabulâ; hum! Siccine circumduci nos?
Cave tibi Granchio; vertenda nunc eſt pagina aut planè periimus.
Fo. Quid ais? *Gr.* Rectè, ex arbore in feneſtram,
Deindè in cubiculum anterius, ubi nullus cubat.
Feneſtram aperire in promptu eſt, quid reſtat denique
Quàm ut arculam ibi refertam gemmis ſubducas continuò? *Ca.*

Ca. Hum, ha arcam gemmis refertam? hoc non eſt joculare negotium.

Fo. Satin' ſanus es Granchio? quamnam tu mihi narras Arculam?

Gr. Arculam dico quæ in proximo abaco ſtat à ſiniſtrâ.

Non intelligis? quem aperire etiam perfacile eſt.

Ca. Granchio, merito te amo, quàm nobis ſuffeni ſumus miſeri homines?

Putavi me hujus urbis furem facile principem,

Ecce autem alterum. *Fo.* Quam arculam? quas gemmas?

Quem tu mihi abacum memoras Granchio? Siccine me abs te haberi ludibrio?

Gr. Hoc age Fortuni, hoc age, opus artificem laudat,

Hâc nocte ante duodecimam, invenies hoc ita eſſe, ut dixi tibi.

Ubi primum ſonat duodecima, vide ſis, tunc tecum ſtatue,

Me inſtructum eſſe ad hoc facinus. *Car.* Ain' vero?

Et ubi ſonat undecima ſtatue tecum, me ibi affuturum, ſpondeo.

Nunc abeo, ne forte ſentiant me conſcium conſilii ſui.

Illa mihi periit nunc ſcala, non deſit altera: abeo. *Exit Car. ad forum Decan.*

Fo. Proh Deum atque hominum fidem, quæ hæc eſt contumelia?

Granchio, itane contemnor abs te? non ſinam, non patiar. *Gr.*

Gr. O infacetum hominem! ô ſtupidum! ô plumbeum!
Tot ſignis, tot nutibus, tot geſtibus quivis aſinus intelligeret.
Non ſenſiſti hominem qui pone ſtabat clanculum? *Fo.* Quem hominem?
Gr. Quem tu adeſſe nolueras. *Fo.* Ego pol neminem vidi, quis fuit?
Gr. Nempe is qui hanc ſcalam dedit nobis mutuã.
Quem niſi iſthâc ratione luſiſſem, niſi aliam cecinilſem cantilenam,
Palam fuiſſent omnia. *Fo.* Ego vero id ne ſomniavi quidem.
Bene habet, pol ego fui vix apud me.
At vide quam rem geris. *Gr.* Quid eſt? *Fo.* Nam ex dictis tuis
Ille fortaſſe nunc ſuſpicatur irrepſuros eſſe nos in ædes Sempronii.
Gr. Oh iſtoc glorioſũme te id ſolliciret, tuas res age.
Fo. Probè. *Gr.* Quid igitur cenſes?
Aut qu î tibi arridet inventum hoc meum?
Fo. Hercle, ſi alio pacto fieri poteſt, mittamus hanc ſcalam, ſi me audis.
Gr. Reſtè ædepol mones, hoc ultimum erit perfugium.
Aliam quoque nunc technam in animo verſo, quæ niſi me fallit admodum,
Ejiciet ſenem oppido ex ædibus ſuis. *Fo.* Quid iſthoc eſt obſecro?
Gr. Manta, manta modò nimis tu properè omnia.
Nondum ſatis matura eſt; tute interea

Sponde

Sponde tibi introitū: quo pacto fiet, id ego curabo;
Illud tu potius cogites, ut toga comparetur,
Ne cum Balia non ſerves fidem; quod ſi eveniet,
actum erit, nos operam ludimus.
Fo. Iſthæc mihi erit provincia; ne dubites de togâ;
Ad manum eſt; faxo mox apud te ut ſiet.
Gr. Abi igitur nunc intrò, & audi ſis, imo abi, abi.
Fo. O fœlix domus! dulciſſimum receptaculum
Voluptatum mearum omnium, vitæ meæ, imo ipſius mei! } *Adfeneſtram Claritiæ,*
O beati parietes! O fœlix, fœlix domus!
Gr. Abi infœlix, abi vaniloque, *Fo.* O Granchio reſpice me.
Gr. Pergin' impudens? *whiſt.* non vides? Abi nequam: quin ſtas etiam?
Quænā illa, ut ſit matrona incedens tam graviter?
O Raymundi vidua, ſoror Sempronii. hum, opportunè abeo.

ACT. I. SCEN. VII.

Vrſilia, Gallus puer, ex ædibus ſuis.

Ur. MIror hoc quid ſiet: promiſit Albertus huc ad me hodie, ut viſeret:
Domi manere jubet, expecto, nullus venit; quin tu Galle, dum ad Scholam properas,
Ad cœnobium divertas paululum, & hæc illi dicas.
Gal. Um, hum.
Libenter ad cœnobium, ſed ad Scholam hodie? & ſoror cras in æternum abiit?
Liceat obſecro, cum illa conſumere, hoc quod reliquum eſt diei.

Ur.

Ur. Benè licet. *Gal.* Certè? heigh, & annulum tuum cras præceptori deferam.
Noſti? *Ur.* Ne vapules; & hoc etiam. *Ga.* O lepidam matrem. hei
Libros tantùm intus reponam, & Albertum accerſam ſtatim. *Ur.* Ego
Præſtolabor te, age. *Exit Gal. in ædes maternas.*

ACTUS I. SCENA VIII.

Albertus, Urſilia, Gallus.

A foro Dec.

Al. VIſo quid me vult Urſilia matrona certè optima,
At (quod bonis plerumque accidit) aliquanto pauperior,
Nobilis tamen; unicus illi filius, unica filia,
Indole ſuaviſſima, ætate integrâ, formâ egregiâ.
Filiam niſi nobilis (nobilis cùm ſit) in uxorem mater non dat.
At ſine ſumma dote quis accipiet? vah!
Nunc dierum virtus & genus ſine dote nihili.
Decrevit igitur Urſilia filiam cum parvâ dote ad cœnobium mittere,
Monacha ut fiet, nec ſcio quid nunc impediat
Quo minùs ea cras admittatur. *Ur.* Citò puer, citò. } *Intrat Gallus*
Ga. Momento adero——oh Padre Alberte, teipſum quæro.

Al.

Al. Mi Galle cedo manum. *Ga.* Mater te expectat.
Al. Ubi est? oh Madonna Ursilia. *Ur.* Optato advenis.
Al. Quid agitur? quid tandem Erminia? *Ur.* Noctes & dies
Lachrymat misere. *Al.* Ha, ha, duriorem forte Monachorum
Vitam esse cogitat, quàm sit. Hujus amænitates cùm perceperit,
Næ haud ita sentiet. *Ur.* Tuis ad hanc rem opus est
Consiliis; nostra enim immota stat sententia.
Al. Quantum possum, neque tibi, neque illi deero.
Ur. Eamus intro. *Exeunt in ædes Ursiliæ.*

ACTUS I. SCENA IX.

Gallus solus.

FA, la, la, chic, whir; Quàm liquido nunc sum animo?
O me fœlicem! Totum ut luderem diem! totum! *Falala.*
Non possum non cogitare quàm miseram in scholâ vitam hodie
Consodales agunt mei, ibi Chæreæ velluntur aures,
Phædriæ Colaphus impingitur, Pamphilus
Totus sit virgeus. Ah miselli pueri! Eccum me liberum, *fa, la, la.*

Fortasse

Fortasse præceptor oculos hinc inde trajiciens,
(Ut nequam trajectum habet) me abesse intelligit;
Totus dein in sermento, Ubinã, inquit, est Gallus?
Num abest? oh ut ego illum — contremiscunt illico
Omnes, & me miserrimum esse autumant.
Mau. Ubinam est Gallus? hic est, bone vir quid
Cum illo hodie negotii? At nemon' hic est
Sermonis mei arbiter, qui præceptori hæc nar-
rando
Sibi conciliet gratiam? Quid si? An propterea
De jocis hodiè, de risu quid demiserim?
Ne tantillum. *Fa, la, la, la, la, la, la, &c.*
Exit in ædes Vrsiliæ.

Act. II. Scen. I.

Albertus, Erminia, ex ædibus *Vrsil.*

Al. TU nescis Erminia quantas habet vita
Monastica lubentias,
Quantas porro commoditates & opportunitates
optabiles.
Er. Recedamus, obsecro, à nostris foribus lon-
giusculè.
Al. Nam quod tu nostras arctâ velut in custodiâ
Vivere sanctimonia'es autumas, in eo multũ falleris
Er. At ne sic quidem placet adhuc vi à solitaria.
Al. Hercle quidem isthanc quam tu hic metuis so-
litudinem,
Mille

Mille comitantur ſolatia, mille ſecura gaudia,
Nam ut reliqua mittam——
Er. Imo verò hæc omnia miſſa facias Alberte,
Et in hâc re parcas huic labori tuo;
Alia res agenda eſt, ad quã tuâ mihi operâ opus eſt
Vide ne quis adſit noſtri ſermonis arbiter.
Al. Nemo eſt, quid ais? *Er.* Arcanum eſt, Alberte,
Adeoque hîc ſummâ opus taciturnitate & fide,
Quas mihi ſi promiſeris——
Al. Eloquere audaciter, quicquid eſt; Egon' tibi
futilis videor?
Er. Imo fidelem te comperi hactenus ac mihi benevolum,
Sed vereor ne ſi—— *Al.* Quid hæſitas?
Quid verere? Injurato ſi non credis mihi,
Perſanctè jurabo. *Er.* Celabis ergo? *Al.* Celabo.
Er. Adjuvabis etiam? *Al.* Certè. *Er.* Certè?
Al. Téne id dubitare autem? nondum tu me noſti
Erminia.
Solet fere noſter ordo in veſtrum ſexum eſſe benignior.
Adeoque mihi ſemper religio pænè fuit,
Formoſæ puellæ denegare quicquam in re præſertim amatoriâ.
Nam profecto aut tu amas Erminia, aut ego malè
conjicio.
Er. Rem ipſam elocutus es Alberte; ecquid in
te mihi auxilii?
Al. Geſtio non promittere ſolum, ſed & præſtare.
Er. Certum eſt *Al.* Quid eſt? *Er.* Lucilium, ohime.
Al. Quid cũ? *Er.* Amo. *Al.* Lucilium? quem dicis?

Roderici

Roderici nuper advenæ filium?. *Er.* Noſtin?
Al. Novi; & ille te? *Er.* Ita confido, vel potius
Planè ſcio. *Al.* Ædepol tu proba futura eras
Monacha.
Verum perge porro dicere. Quid agendum?
Er. Hac nocte me virili induram habitu Lucilius
Abducturus eſt. *Al.* Abducturus? quo? *Er.* Si-
ennam.
Al. Hac nocte? *Er.* Ita eſt. *Al.* Hercle audax
facinus,
Et periculoſum ſatis. *Er.* Eo ſcilicet me amo-
impulit,
Et malè religioſa mater, quæ cras in cœnobium
Ut tu noſti, me vel invitam detruſura eſt.
Quapropter matura fuga mihimet conſulere
Statui Alberte; tu vero diſſuadere noli.
Nam præterquam, quod te vellem ſuadendi com-
pendium facere,
Eſt etiam aliud, in quo te amicum præſtiteris.
Al. Quid id eſt? Erminia, quod optes, explo-
rare tuum eſt,
Mihi juſſa capeſſere fas, quid eſt? eloquere.
Er. Noſti quàm ſint adoleſcentum animi in lu-
brico poſiti. *Al.* Probè.
Er. Cum voti propoſito non exui pudicitiam;
Licet ergò tibi (ſi velis) nos. *Al.* Connubio jun-
gere.
Ne metuas; fiet; at quo in loco hoc connubium
conſectum cupis?
Siennæ? *Er.* Minimè, hâc ipſâ in Florentiâ. *Al.*
Ubi?

Er

Er. In aliquo illius remotiore hoſpitii cubiculo,
Ubi nunc ad mediam uſque noctem Lucilius
divorritur.
Al. An tu putas locum aliquem in diverſorio
publico
Ad hanc rem, quam paras, eſſe ſecretam ſatis? Erminia, falleris.
Er. Quid ergo ſuades? *Al.* Cùm te maternis ſubduxeris ædibus,
Vos rectà ad noſtrum deducam cœnobium.
Er. Tutón' ibi licebit nobis deliteſcere? *Al.* Ne tu id metuas.
Er. Verùm cogita quid ſuadeas; ego me tuæ mendavi fidei.
Al. Sine me. Quàm bella hæc eſt virgo, audacula, ſubdola?
In rem noſtram validè hæc futura erat Monacha;
Nimis paucas habemus ad hoc exemplum, nonnullas tamen.
Stultè nunc facio, verùm age, quia occeptum eſt perficias fideliter.
Er. Quid tute apud te? num aliud conſilium reperiſti rectiùs?
Al. Hercle non, hoc de cœnobio optimum eſt.
Cœnobium noſtrum auſtrali urbis portæ, ut noſtj, proximum eſt, quæ ubi recluditur,
Summo mane commodius egrediemini. *Er.* Conſilium placet.
Al. At dic mihi. *Ermin.* Habes hanc fugam matri celatam ſatis? *Er.* Spero quidem.

Quamvis ante dies aliquot visa est in me facta suspicacior.

Al. Quid? an Lucilium tecum una conspexit nuper?

Er. Imo nunquam. *Al.* An nuntium intercepit? *Er.* Nullum prorsus:

Nam antequam vestes ad fugam viriles mitteret Lucilius hodiè,

Nullus nobis uspiam intermeabat nuntius.

Al. Quî potuit fieri? *Er.* Optimè. *Al.* Quo modo *Er.* Dictu longiusculum est,

Posthac tibi narrabitur. *Al.* Potuistis amorem sine aliquo tertio componere?

Er. Verum est, rogavi quidem Lucilium sæpiusculè,

Granchionem sibi in consilium admitteret. *Al.* Germanum meum?

Er. Certè, sed nullus fecit. *Al.* Quid ni? est ad hanc rem idoneus.

Er. Fateor, sed Fortunio fuit prius à consiliis;

Ob id fugiebat hunc Lucilius, nam Lucilio cum Fortunio

Nonnihil nuperè simultatis intervenit & discordiæ.

Al. Isthuc non rarum est inter fratres quidem. *Er.* Quin ista mittamus.

Al. Recte mones, nam convento mihi opus est Lucilio,

Ut jam rem ei dicam, quam pollicitus sum tibi.

Er. Rem ipsam narras. *Al.* Ubi is nunc est, obsecro?

Er.

Er. Apud Valerium latet, ad insigne Herculis & Omphales.

Al. Ad illum propero. *Er.* Mi Alberte vale; hanc gratiam

In aliquo reponet tibi Lucilius meus. *Al.* Res ipsa sat est mercedis mihi.

Er. Quid nunc agis, Erminia? ohime! *Ursilia e fenestra.*

Ur. Erminia. *Er.* Mater vocat,

Quinam illi sunt? Granch. & Fortunius? an Fort. non abiit Venetias?

Ur. Erminia quid tu nunc foris? caveho tibi. *Er.* Venio.

Exeunt Erm. ad ædes maternas, Alb. ad forum Bacc.

Act. II. Scen. II.

Granchio, Fortunius ex ædibus *Granch.*

Gr. QUorsum vero ista festinatio? Sr, Fortuni Manendum tibi est ad horam usque undecimam.

Fo. Utinam instaret: sed quo in loco futuræ sunt res nostræ Granchio?

Gr. Scisne quò me nunc infero? *For.* Non.

Gr. Ergo nescis unde mox prodiero. *Fo.* Sane quidem festivus es.

Verum cedo, quo nunc abiturus es? *Gr.* Ad ædes Claritiæ.

Fo. Ad Claritiam meam? *Gr.* Ad Claritiam tuam.

Fo. O si liceret mihi! *Gr.* Nunc tantum mihi, postea & licebit tibi.

Fo. Ecquid ibi facturus obsecro in meam gratiam?

Gr. Nempe transacturus rem omnem cum nutrice,
Ut hæc nox tibi constituatur. *For.* Quî verò?

Gr. Quamprimum egressi fuerint Sempronius & Fannius,
Ilico tibi hoc ostium nutrix aperiet, pignus accipiet,
Téque ad Claritiam introducet. Satin' hoc tibi?

Fo. Verum quid si senex non abscesserit?
Sexcentas habet hoc commentum difficultates, Granchio.

Gr. Siccine? Meticulosus es nimis; eximam
Facilè istos omnes scrupulos; sed St. lupus est in fabulâ. (*Ingreditur Sempronius a foro Decan.*
Eccum Claritiæ vitricum, Sempronium.
Quo respícis? Viden'? *Fo.* Quin auferimus nos hinc ocyus.

Mantas autem? *Gr.* Imo abeamus; vel potius
Heus siste: quid si maneamus paulisper? hum
Periculo non caret, tamen sic oportet, quidni?
Certum est. *Fo.* Quid tecum mussitas?

Gr. Fortuni, abi tu; discede, vale; inveni quid agam.

Fo. Quid est? *Gr.* Secedas, inquam, tu. Place
Commentum hoc, quod sic de repente mihi in mentem venit.

Fo. Consistam ego hîc quasi in specula; nequ
pedem Hocc

Hocce demovebo loco ; nolo tamen me videat ſenex.

Actus II. Scena III.

Sempronius, Granchio, Fortunius.

Sem. ITa profecto eſt, homines bene morati ſi viverent,
Si lites fugerent, pacem colerent & concordiam,
Multò minus turbarum hic in mundo foret.
Adeóque effugiſſem ego varia negotia,
Quibus diſtrictus hodie fui, à mane uſque ad veſperam.
Gr. Periculum certè faciam: hâc ſi ſucceſſerit, vicero;
Sin minus, facilè me in priſtinum reſtituero locum.
Se. Binis ut ſit componendis negotiis,
Neque meis, ſed amicorum, vix integer ſufficit dies.
Verùm ita neceſſe eſt, quando non nobis nati ſumus,
Sed etiam amicis, reíque adeo publicæ.
Gr. Hinc aliqua lucri ſpes, metus nullus diſpendii.
Quod ſi ad ſortem nihil accedat fœnoris,
At ſummam certè integram ſervavero.
Se. Quis iſtic homo meas qui obambulat fores?

Videon' Granchionem vicinum meum? hum, ipsus est.
Gr. Nunc aperio Proscenium——
Decretum est mihi Sempronii adventum hîc opperirier.
Se. Me nominat. *Fo.* Quorsum hæc? quò jam tendit?
Gr. Egon' talem patiar fieri contumeliam?
Se. Quam ille contumeliam memorat?
Gr. Facinus hoc insigne foret totique familiæ
In probrum, dedecus & ruinam cederet.
Se. Ohime, metuo magnum aliquod infortunium.
Fo. Quid hic Granchio facturus erit assequi nequeo.
Gr. Ithoc officium vicino præstare suo
Tenetur quisque, etiamsi nulla intercesserit
Necessitudo arctior aut familiaritas.
Se. Nequeo satis mirari quid isthoc sciet.
Gr. Profecto detegendum quoquo modo consilium tam nefarium.
Fe. Metus, nescio quis, mihi animum perculit.
Cr. Dii immortales! domo illustri & nobili
Qualis hæc Semproniana, tantum ut accideret
Infortunium? *Sem.* Dii me servassint.
Gr. Hoc pacto Fortunium inconciliabo mihi,
Sat scio; sed nihil pensi habeo, hoc nunc multo satius est,
Quàm ut duorũ iras, tum Fortunii, tum Sempronii
Paterer postea. *For.* O me miserum!
Perjurus iste Granchio, me proditurus est.
Sem. Fortunium nescio quem nominat. Nequeo
Me continere diutiùs. *Fo.* Siccine perfidus ut fier?
Se. Heus Granchio. *Gr.*

Gr. Nempe gratiam hâc de re habiturus est mihi
Vel ipse Fortunius, ubi semel absceſſerit furor.
Se. Audin' Granchio? *Gr.* Numquis Granchionem vocat?
O patrone, opportunè: tun' eras? Salve. *Se.* Deus (ira precor
Salvus ut siem. Quodnam illud de quo locutus es,
Infortunium? *Gr.* Infortunium? nullum est quod ego sciam.
Se. Negas? quasi ego non audiverim, quæ dixti, omnia.
Age Granchio, mitte omnes ambages, & citò me eneca.
Certè enim aliquo mactatus sum infortunio.
Quantum ego verba tua percepi modo.
Fo. Vereor ne potius mihi illud instet infortunium.
Gr. Semproni, hoc te inprimis scire velim,
Nihil adhuc factum esse perperam, sed nec fore
Posthac, si meo ductu rem geres; sin minùs.
Se. Quin tu verbo dic, quid me facere velis.
Fo. Quàm crucior ego suspicione miser & metu torqueor?
Gr. Duo tibi agenda sunt, si magnum, quod impendet, malum
Cupis evitare. *Se.* Impendet? ergo satis
Ad præveniendum adhuc spatii suppetit.
Gr. Minimè id verò; nisi enim tu mihi prius duo
Juraveris. *Se.* Juro quodcunque voles.
Gr. Jurabis igitur primo
Te celaturum quicquid tibi dixero;
Deinde jurabis te omnino meis consiliis
Obtemperaturum; quæ quidem fida & utilia promitto fore.

Se. Juro utrumque, jam numerò expedi. *Gr.* Sic igitur.

Fo. Quam vereor, quid nunc dicturus sit iste Granchio?

Gr. Nosti Rodericum hunc ex adverso qui habitat?

Se. Rodericum? illum dicis advenam, qui nuper Relictis Venetiis huc accedisset habitatum.

Gr. Ipsummet; nostin? *Sem.* Sanè quidem; vidi hominem,

Salutavi; adeo mihi non prorsus ignotus est.

Quid inde? *Gr.* Nostin' etiam Fortunium?

Se. Fortunium? *Gr.* Juvenem dico hujus Roderici

Filium. *Se. O ho*, scio quem dicis. *Gra.* Nostin' autem?

For. O Dia! *Sem.* Quidni norim? de facie

Saltem mihi cognitus est. *For.* O Granchio, Granchio.

Gr. Illic adolescens, si forte nescis, filiam tuam

Perdite amat Semproni. *For.* O scelus. *Sem.* quid ais?

Meámne filiam? *Gr.* Privignam tuam intelligo,

Claritiam; nonne id sensisti prius?

Fo. Vix me contineo; proh fidem! *Sem.* Nunc primum

Id audio, Dii boni! *Gr.* Vin', ut brevirer

Tibi rem omnem aperiam? *For.* O perfidum caput!

Se. Dic obsecro. *Gra.* Isthic, quem dixi, Fortunius,

Postquam literas crebras nuntiosque ad Claritiam

Missiculando nihil quicquam se vidit proficere,

Fe. Deus bone. *For.* Quo iquis creduat? *Se.* Siccine

Sie ri oportuit? meáne ædes nuntiis patere amatoriis? Hercle

Hercle juramento nunc si liber essem, Granchio.
Gr. Audin' vero reliqua? si nolis animum advortere.
Se. Imo audio. *Gr.* Adolescens isthic, (ubi occœpi dicere,)
Ubi videt se frustra esse spésque omnes irritas,
Periculosam tandem præceps ingreditur viam,
Eâdémque semet operâ téque it perditum.
Se. Cor meum saucias; ohime!
Fo. O me insulsum, stupidum, stipitem, qui huic Granchioni
Credidi. *Gr.* Vin' ut uno verbo rem absolvam tibi?
Omnium ejus consiliorum summa hùc recidit,
Hâc ipsa nocte sese in tuas ædes immissurus est,
Virginem ut ibi conveniat clanculum.
Fo Proh cœlites! inultam hanc proditionem patiemini?
Se. Men' autem hoc pati? Tum quidem dignus sum cui ——
Gr. Ad hunc modum si vociferaris Sempróni, ego abeo.
Fo. In malam crucem. *Sem.* Imo potius perge obsecro
Dicere; O incredibilem impudentiam!
Gr. Iterumne? reprime, inquam, animum tuum,
Et attende quod reliquum est. *Se.* Agedum.
Gr. Faxo rectè se habebunt omnia, si me audies.
Sem. Quin pergis? *Fo.* Quin ego sceleróssum hunc Granchionem
Transfodio? hui, quid faciam miser?
Gr. Sperat noctem hanc opportunam sibi fore,
Certior jam factus de absentiâ uxoris tuæ.

Propterea nocte concubia, tui horti maceriam
Decrevit transcendere; post deinde in malū Medicā
Quæ parieti attigua crescit, ascensurus est,
Et beneficio scalæ, quam habet, è serico
Textam, ad Claritiæ fenestram evadet denique,
Eam fenestram ferramentis quibusdam aperiet,
Introibit ad puellam; post quid facturus est, ipse cogita.

Fo. Ohime. Non illi satis fuit rem omnem sicut est
Extulisse; addidit etiam alia de suo quæ crucem mereantur.

Se. Siquidem hæc ita sunt, uti narras, Granchio,
Multum tuæ debeo amicitiæ atque fidei.
Quando vero mihi os occlusisti, ligasti manus
Méque totum juramenti vinculis astrictum tenes,
Tibi me commendo, age, tuis me rege consiliis.

Fo. Estne apud inferos par cruciatus?

Gr. Non aliam ob causam ultro hîc adsū Semproni,
Tibi ego hanc operam do lubentissimè.
Tu modo, id quod secundo juraſti loco,
Meis consiliis obsequentem te præbeas.

Sem. Siquidem hoc pacto istis possit occurri malis.

Gr. Potest, me vide. *For.* Nunc & fidei te committas alterius, oh!

Gr. Ego te omni hoc Semproni eximam periculo.

Se. Gratum ædepol feceris. *Gr.* Sed & ipsius
Adolescentis saluti prospexi patiter.

Fo. Quem quidem perditum is, quantum potes.

Sem. Quem quidem Salus ipsa servare vix potest,
Si quidem ita insanit. Agedum vero, Granchio,

Quando

Quando tui me juris feci, tuo fiat hoc modo.
Gr. Huic malo, Semproni, dum quæro remedium,
Mille obtulerunt sese commenta mihi;
Ex iis unum delegi ut commodissimum.
Quod si Fortunii hoc inceptum temerarium
Roderico indicassis, aut si qua ulcisci paras,
Ibi magnæ fient turbæ, odium concitabitur,
Infamis ibit rumor, & quod verendum maximè,
Ignis hoc pacto suscitabitur magis,
Majus fortasse posthac daturus incendium.
Mihi vero Semproni, si tu auscultaveris
Tranquillè & tuto transigentur omnia.
Se. Quid igitur censes faciendum? *Gr.* Dicam tibi;
Liberali ingenio adolescens est hic Fortunius.
Quo (si unam hanc excipias culpam) vix alterum
In hac urbe reperies meliorẽ aut verecundũ magis.
Fo. Egregiũ Sycophantam! post illatã hanc injuriã,
Palpo jam ferit.
Gr. Tum autem puella ipsa eleganti admodum
Est formâ, venustate pollens & blandiloquentiâ.
Quo minus mirandũ, hanc si depereat Fortunius;
Amor imperiosum numen est, cui nec fortissimi
Olim restiterunt; etiam reluctantes indies
Trahit sub jugum, subditque regno Veneris.
Se. Atqui amare simul & sapere difficile est Granchio.
Gr. Fateor; quippe amor quædam est insania.
Semel verò omnes insanire notissimum est;
Adeo qui juvenis non amat deliberabit senex.
Amor morbus quidam mihi videtur Epidemius.
Se. Mittas quæso, morbum, & cogites de remedio.

Fer-

For. Certũ est hîc manere usq; dum videam exitũ.
Gr. Bene mones; amoris multa sunt remedia,
Metus, contemptus, paupertas, custodia,
Negotiorum denique turbellæ pereres,
Per quas homini non licet esse desidi.
Se. Utinam tandem perorares. *Fo.* Linguam habet in udo.
Gr. Compendifaciam; tribus, quod aiunt, verbis, omnia
Nunc complectar; herbis, verbis, & lapidibus,
His tribus magna ineſſe virtutem ferunt.
Iã vero (si quid judico) non herbis aut lapidibus,
Sed verbis potiùs sanabilis est Fortunius.
Se. Censen' ergo (ut lapides ego loquar) hunc diem alloquar?
Gr. Nequaquam verò; non sine capitis periculo
Id fiet. *Sem.* Dic igitur quid me facere velis.
Gr. Dicam, deprehensum illum in ipso furto manifestarium.
Se. Sicine? nummam insanis? eóne usq; pervenire ut finam?
Gr. Quid malùm non finas? adeon' me stolidum existimas ut——
Se. Cedo igitur: quid tandem consulis?
Gr. Intus in cava fenestrâ, quæ ad hortum spectat,
Adventũ ejus præstolabere. ubi primum senseris
Illum adesse, tua, quibus ad fenestram ascendat,
instrumenta,
Et applicare parieti; ex improviso aperies ostium;
Et in illum irrues. Ibi sic deprehensum objurgabis, interminabere. Addas

Addas insuper monita si placet, atque ita pudorem incuties.
Hic cùm sit ingenio ut dixi minime malo,
Pudore victus, crimen statim agnoscet suum,
Ad genua tua accidet, veniam deprecabitur,
Sui deniq; incepit seriam aget pœnitentiam,
Et ad bonam frugem se convertet posteà.
Fo. Sic ego ludificor; ô me invenustum!
Se. Annon verò sic etiam periculosum erit mihi,
Foras nostu prorumpere, ut in ipso facinore
Illũ deprehendam? quid si vim mihi intentaverit?
Gr. Cape fis ergo servum tibi aliquem, puta Fannium tuum, quò sis securior ———.
Se. At ille secum plures fortasse socios adduxerit.
Gr. Apage! nimis es tu homo formidolosus & suspicax,
Quasi tibi non in proclivi sit referre gradum,
Si opus fuerit, & fores ei opponere.
Se. Recte autumas. Sed vide ne me ludifices Granchio.
Gr. Egon'? hoccine autem te suspicarier?
Sic fieri assolet, si quis ad benefaciendum promptus sit nimis.
Se. Non eo animo hæc dixi, quasi mihi suspecta sit
Tua benevolentia, sed formido est, ne te quispiam deluserit. (Granchio!
Unde quæso tu Fortunium hæc facturum nosti?
Gr. Optimè novi & habeo pro certissimo. Hodiè
Ego omnẽ pervestigavi, & didici à Fortunii servulo,
Is ad me accessit mutuatum scalam sericam,
Quam feciſſe me novit, in amici cujusdam gratiã.

Ibi

Ibi ego plus quam universum Fortunii consilium
Non ægrè exp'scatus essem ex ore servi furâlis,
Scalam ei commodavi, eo tamen animo
Ut matutè te, Semproni, commonefacerem *Se.* Bene habet:
Censen' vero nulla ratione fieri hoc posse commodius?
Gr. Huic ego negotio per tres horas integras
Animum intendi meum penitus & ingenium;
Cæterùm dum recolo mecum & perquiro singula;
Hæc demum visa est via longè commodissima.
Agedum verò ut lubet, quando me suspectum habes.
Nimis ego fortasse & tibi & mihi molestus fui.
Se. Oh manedum Granchio; ego tibi & fidem habeo & gratiam,
Tuum sequar ductũ quocunq, res ceciderit modò.
Juravi: juramenti non pœnitet. Tuo fretus consilio et fide sic faciam. *Gr.* Audacter licet.
Se. Ibo igitur & circitet horam noctis undecimam,
Adventum ejus observabo. Ecquid jam restat aliud?
Gr. Nihil nisi ut adversus rigoris injuriam
Teipsum munias. *Se.* Curabo. *Gr.* Sumas tibi rogam (*Transit Sempr. scenam.*
Bene crassam, quæ gelidæ noctis vim arceat.
Se. Amicè mones. Hanc ego tibi gratiam
In aliquo rependam, Granchio, si potero. vale.
Sed cũ cogito——Heus Granchio, *Gr.* Quid ais?
Se, Ec

Se. Est profecto cœlum hoc frigidum nimis; nec mihi
Ut sit, in promptu jam toga est, quam induam.
Id quod opportunè mihi modo in mentem venit,
Vestiarii mei clavem uxor hodie rus abiens
Secum abstulit. *Gr.* Togam ego commodabo
Huic rei commodissimam. *Se.* Ain' vero, sed audi.
Hoc modo forsan insidiæ nostræ fient palam. *Gr.* Quid ita?
Se. Si Balia vel alius quispiam servus meus
Sentiscat me hanc abs te mutuatum esse togam
Effutiverit. *Gr.* Rectè mones. Cavendum censeo
Ne Balia persentiscat quid captamus consilii.
Proin ut omnis amoveatur suspicio
Togam hanc continuò deferam ego ad ædes tuas,
Eandem te præsente Baliæ tradam in manus;
Hoc prætextu, ut ipsa maculas inde quasdam eluat.
Fo. Fieri potest ut aliqua hic subsit fallacia.
Se. Fac ut lubet. *Gr.* Ita faciam. Tu inde hanc togam
Ab ipsa Baliâ utendam accipies. *Se.* Noli plura.
Verùm quid censes? fiétne Fannius meus
Hujus consilii particeps? *Gr.* O cave id faxis;
Celabis eum quantum potest. *Se.* Fiat ergo pro tuo Arbitratu. Ego nunc me domum conferam. } *Exit Sem. in ædes suas.*
Ibi te expectabo. *Gr.* Togam ego continuo deferam.
Heus Fortuni, Sensin' hanc technam? *Fo.* Sentio

Te

Te perfidiſſimum, Dii immortales! Hancine ego
Ut patiar injuriam; quid feciſti? *Gr.* Quid eſt? pugnabimus nunc jam? Stultus es; neſcis quomodo hæc res gerenda ſit. Faxo jam ſcies. *Intrant Roderi. & Fannius a foro Bacc.*

Fo. Sed ſi, Granchio. *Gr.* Quid eſt? tam ciro nunc in pedes? Oh! ſentio. *Exeunt in ædes Granch.*

ACT. II. SCEN. IV.

Rodericus, Fannius à foro *Bacc.*

Ro. OMnino illud verum eſt quod dicis. Quẽ admodum
Locis in diverſis diverſi ſunt mores hominum,
Itidem diverſas eſſe par eſt locorum conſuetudines:
Quippe raliter fere ubiq; morati ſunt homines,
Qualis eſt mos & conſuetudo loci in quo vivitur.

Fa. Reſtè. Nam conſuetudo in mores abire aſſolet.

Ro. Tibi fortaſſe negotium eſt; nolo detinere, vale ſis. *in ædes ſuas.*

Fa. Vale Signor Roderice. Comis admodum eſt hic ſenex:
Cum eo dum fabulor abit tempus; jam mihi
Reſtat, quod mandavit hera negotium.
Sed eccum Fantichium!

ACT.

Actus II. Scena V.

Fantichius, Fannius. ex ædibus *Semp. Fant.*

Fant. VErũ id eſt quod dici ſolet, Ubi clarè mingitur, ibi medicus ringitur.
Hoc eſt, quia tu Fanni tardus es nebulo, ubi bene vivitur ridetur ſuſpicio.
Vel etiam planius adhuc ſi vis, ubi Fantichius nihil peccat,
Nihil veretur te arbitrum.
Fa. Ah carnifex. Næ tu plus credo habes nequitiæ
Quàm ego aſtutiæ. *Fant.* Nequitiæ verò!
Satin' tibi dictum eſt te eſſe minimi pretii
Homunculum? *Fa.* Scelus hoc pueri? non inultum feres.
Fant. Quaſi vero te nunc primum naſo ducam ego
Tanquam bubulum. *Fa.* Age, age, reponam ſi vixero.
Fant. Age, age, tu maximus es nebulo Fanni, non metuo.
Sed heus. vin' dicam tibi rem ſeriam?
Quam ſi præſtabis pium facinus feceris.
Fa. Quid eſt? *Fant.* Emas tibi capiſtrum, quo te facias
Penſilem. *Fa.* Ain' vero Maſtigia?
Site prehendero. *Fant.* Wau, *fa, la, lero, lo.*
Fa. Sed quid tu nunc foris flagri gymnaſiolum?
Fant. Te volo. *Exit Fant. in ædes Semp.*

Nam

Nam te quæsitum misit herus. *Fa.* Atque ita restitas, neq; dicis mihi?

Fant. Fannius iste conservus meus vel potius Subherus mihi talis est——Quinam isti? Fortunius, & Granchio?

Baliam fortasse volunt; illos igitur hic adesse dicam ei. *Exit ad Sempronium.*

Act. II. Scen. VI.

Granchio, Fortunius, ex ædibus Granch.

Gr. SAtin' abiere? Quàm pænè deprehenderat nos senex?

Si vel tantillum manifissimus——

Fo. Sed nondum ego ex te certior factus sum Granchio,

Quorsum fabricata sit hæc techna. *Gr.* Molestus es. Togam hanc ego jam deferam ad nutricem Baliæ.

Fo. Sat temporis erit ad hanc perdendam urbem, ne metuas.

Nec dum ego video quomodo mihi sit conducibilis

Hæc machina. *Gr.* Ea tua culpa est, haud mea,

Si tu non intelligis in rem tuam quod fiet.

Fo. Si porueris modo ex ædibus elicere Sempronium, sat erit.

Gr. Fortuni, tu novitius & harum rerum imperitus es.

Men'

Men' tam imprudentem putas, ut dimittam te sine viatico?

Fo. Quomodo sim viaticatus nondum prospicio.

Gr. Ego dicam tibi, sed breviter; noli obsecro,
Interpellare tu aut recalcitrare. *Fo.* Dic igitur.

Gr. Advorte sis animum. Circa horam undecimam
Sempronius cum Fannio ad illam partem domus
Quæ hortum spectat recessurus est, ibi tuum
Adventum ut expectet; interea temporis
Hoc ostium anterius placidè aperiet tibi Balia,
Teq; introducet furtim in Claritiæ cubiculum;
Post confectum ibi duûm aut trium horarũ spatiũ
Per hoc ipsum antiquum ostium prodibis denuò.
Hic ego unà cum Corvino servo tuo
Te præstolabor.

Fo. Herclè quidem nunc demum persensi Granchio,
Quantum tu astutiâ vales & lepidis dolis,
Ædepol auro & gemmis contra non carum æstimo
Isthoc commentum.
Quid jam restat? *Gr.* Nihil, nisi tua constantia.

Fo. Hem tibi obfirmatum me jam nunc & paratissimum.

Gr. Bene habet. Jam tandem sensti, Fortuni, qui vir siem.
Ibo nunc & hoc onere me deonerabo protinam.

Fo. Numnam verò nutrici traditurus es togam
Coram hero suo? *Gr.* Ne te hæc cura tangat.
Ego viam invenero quâ Baliam seorsim conveniã,

Ita

Ita tamen ut ego hanc dem in manus, præsente Sempronio.

Fo. Quónam nunc abis? *Gr.* Volo hac per posticum ingredi.

Exit Granch. ad forum Bacc. per posticum cum toga ad ædes Semp.

Act. III. Scen. VI.

Fortunius solus.

Sic postquam tu me aperto Marte viceris,
Cogor ego ad hunc modũ struere insidias tibi,
Mea Claritia; Neq; sic animatus sum tamen,
Insidiari ut velim tuæ pudicitiæ,
Honestus amor est, qui cor possidet meum,
Quem ego si meæ probavero Claritiæ,
Claritia si fidem mihi, quod spero fore,
Spondebit mutuam, sum voti compos mei.
Interea autem sollicitus me affectat timor,
Et tacitum vulnus vivit sub præcordiis,
Quod hæc sanare sola, quæ dedit potest.
Suorum radiis oculorum Claritia
Hoc sauciavit pectus, cæcum suscitans
Ignem in corde meo, ac medullis intimis,
Qui me usq; jam depascitur miserrimè.
Ut vidi, ut perii: perculsus statim miser
Aspectu primo, ac obstupefactus fui.
Tum verò conabar meos avertere,
Ne denuo illam contuerentur, oculos;

At

At hi pellecti mira pulchritudine,
Contra nitebantur, tuendo explerier.
Nequibant; adeo memet captivum priùs
Senſi, quam mentis arcem communi veram,
Aut arma rationis adaptaveram.
Sed quî poteſſem huic formæ reſiſtere?
Quæ invitat omnes & vel invitos trahit?
Me ſanè ſic fuiſſe ſuperatum juvat,
Meâ ſi liceat modo frui Claritiâ. } *Exit ad ædes*
Amare dulce eſt, ſi licet potirier. } *Granch.*

Canit intus *Claritia.*

Fortunius poſt cantilenam.

NOn vox ſonat hominem. O mea Claritia!
I. St.) Siccine me divelli ab animâ meâ? Siccine? O hi me,
Ha. quin pauliſper ſaltem. Cœleſtem harmoniam!
II. St.) Etiamne? Oh differor, diffundor. At volo mantare.
III. St.) Non licet, invitum ſtrepitum. Nolo deprendi;
Neceſſe eſt, abeo. ah mea:

ACT.

Act. III. Scen. I.

Granchio ex ædibus *Sem.* *Fortunius* ex ædibus *Graneb.*

Gr. SUmne ego homo infœlix, qui alienis me ita implico negotiis?
Quæq; ad me nihil pertinent; puh, non possum aliter;
Ita ingenium est. Hiem sonat, annon?
Instat tempus, sat scio, non pote, ut diu moretur Balia.
Fortuni, Fortuni, audin'? exi; instat jam tempus.
For. Dii boni! ut cor meum nunc incipit artem facere ludicram.
Quæ spes? qui metus? *Gr.* Quid metuis stulte? *Fr.* O Granchio.
Gr. Ne cœlum ruat interea. *Fo.* Certe quidem nolim nunc interim mori.
Gr. Non credo tibi. *Fo.* Hercle verò nolim. *Gr.* Nolis? *Fo.* Nunc quidem
Vel propter hoc ipsum negotium; ubi Clariticam aspexero,
Ubi mihi ea desponsata fuerit, tum obiero lubens.
Gr. O amatorum ineptias!
Fo. O Granchi si tu scires, ut mihi nunc animo est male, ut labascunt mihi genua.
Gr. Quid mirum est, si tu cibum non capias? *Fo.* Ipsus mihi amor cibus est.

Gr. Et

Gr. Et potus, & somnus, & jocus, &, &, &. *Fo.* Et omnia Granchio.
Absque quo vita mihi nunc non est vitalis, ô Jupiter!
Si mihi nunc daretur turma hostium. *Gr.* Quàm strenuè te mox in pedes?
Fo. Quibuscum unus lubens nunc manus conferem. *Gr.* Tu?
Fo. Ego Granchio. Per omnes deos si essem nunc iturus obviã
Magno Turcarum principi, coram eo me multo lubentius
Sisterem, quàm coram Claritia. *Gr.* O ridiculum caput!
Idne autem verisimile est, qui coram Claritia? *Fo.* Ohime.
Gr. Quid malum est? O Jupiter labascit; inepte quid est?
Quid times? hem isthoccine pacto? Sic, quomodo nunc? eia
Quid agis? præsta te virum; vah pudet me tui. *Fo.* Et me pudet etiam,
Granchio, verùm. *Gr.* Hem fores crepant, concede isthac, oh eccam Baliam.
Vah pusillanimis, siccine? obfirma animum.

ACT.

Act. III. Scen. II.

A *Semp. Balia, Granchio, Fortunius.*

Fa. QUin taces inepta, ego actutum rediero. *Fo.* O Granchio!

Ba. Opportunè, vosne eratis? *Gr.* Eramus nos Balia, modo

Nunc sim us necne incertum est; quid agis nequam?

Ba. At placidè, placidè; hiccine etiam Fortunius? *Gr.* Minimè,

Ba. O me miseram! quis est? *Fo.* Jocatur Balia, ego ipsus sum Fortunius.

Ba. Ludísne furcifer? *A* page te! quid nunc statis? *A*gite,

Ingredere jam nunc quando luber, liquidò id licet.

Gr. Exivit Sempronius? *Ba.* Etiam. *Gr.* Et Fannius?

Ba. Jamdiu est, inquam, cùm exierunt unà ambo. *Gr.* Suntne puræ ædes?

Ba. Vt speculum, mi carnifex. *Gr.* Scite meherclè dictum. *Ba.* Verùm nosti?

Gr. Quid est? *Ba.* Perijt mihi plane isthæc toga. *Gr.* Quidum?

Ba. Rogavit me herus meus, ut mutuò ei darem hâc nocte.

Gr. Vah ineptam mulierculam! *Ba.* Quid facerem? *Gr.* Téne ei togam Mutuam

Mutuam credere? *Ba.* Ah ſcelerate: téne autem hanc mihi tradere
In conſpectu ejus? *Gr.* Mitte iſthæc Balia, huc animum advorte.
Iſtas fores in aſcenſu ad cubiculum? intellextin'? *Ba.* Quid tum poſtea?
Gr. Fac occludas. *Ba.* Quid ſi non faciam? *Gr.* At facies, inquam: quid fungum me puras?
Tutiùs ut tranſigantur omnia. *Ba.* Satis pro imperio, agedum.
Sed quid tu ita mutus es Fortuni? quid eſt mi puer? quid taces?
Fo. In contemplatione hæreo ſummi futuri gaudii.
Ba. O lepidam vocem lepidi juvenis!
Fo. O nox optabilis, quovis die illuſtrior mihi!
Lux vitæ meæ, vita gaudii, O nox dulciſſima!
O Luna Phœbo gratior! tu mihi tenebras
Diſpellis omnes; O luce magis mihi dulces tenebræ!
Gr. O lepidum caput! poſtquam amavit ut repente poeta prodiit?
Ha, ha, ha. verùm memineris tu Balia, tibi nunc opus eſſe
Oculis emiſſitiis: hoc age, circumſpecta, niſi tute caves
Et tibi & illis, actum eſt. *Fo.* Tu igitur me ſtultum eſſe dubitas?
Gr. Imo verò non dubito. *Ba.* Potin' ut taceas? abi hinc in malam rem.
Tu verò intrò Fortuni. *Fo.* Eo, vale Granchio; at heus!

Gr. Quid? *For.* Audin? *Gr.* Resiè, ibi te opperibor. vale. *Fo.* Vale. *Exe. Ba. For. ad ædes Semp.*

Gr. Ille nunc obiit, quid hoc? videor audire strepitum non procul advenientium.
Nolo ante ædes hasce me conspici, ego me domũ continuo
Dormitum paulisper, interea dum Fortunius revertitur. *Exit Granch. ad ædes suas.*

ACT. III. SCEN. III.

Albertus, Lucilius, à foro Dec. Corbus, Erminia in fenestras.

Al. NEmon' est? aha, Vulcanum nunc iterum includam, ut fruamur Venere.
Hei. Splendida lumina, quorum nunc lumina nubium flumina
Obscurant; stellulam huic date, bellulam nempe puellulam,
Cupidinis dea, adjutrix mea, tu nos nunc bea;
Des amatorculo, nunc frui corculo, & faciet porculo.
Co. Num manes excitat? exorcismos opinor canit.
Al. Quid stas Lucili? quid cessas evocare Erminiam?
Eccas illas fenestras, quæ tibi claudunt diem.
Lu. Ah mi Alberte, non est quin te habeam semper intimum, *Al.* Um.

Al. Um. mitte hæc, age nunc, fac ut Erminia descendat propere.

Lu. Faciam. *hist.* Erminia, Erminia. *Er.* Quis est? quid quæritas?

Lu. Ipsa est. Erminiam quæro ut meipsum inveniam. *Er.* Lucili. *Lu.* Anima mea.

Al. Corculum meum, columba mea; peu, hoc agas, exeas citò.

Er. Vnicum à Lucilio meo rescisam prius. *Lu.* Quid est?

Er. Mortuam æque ac vivam me amabis? *Lu.* Dubitas mea?

Sanctè juro. *Er.* Opinor; tota igitur rem tibi nunc aperiam.

Mater hâc nocte in interiore ut solet cubiculo, cubitum it,

Alto opprimitur somno, ego me clam subduco, mundum muliebrem

Exuo, virilem hunc (quem tu misisti) induo habitum, parata ad fugam omnia. *Al.* Oprimè.

Er. Descendo, obserantur fores, claves quæro, at me miseram!

Lu. Quid ais? *Er.* Nusquam invenio, imo (tam iratos habui deos)

Claves sub matris pulvinari positos sentio. *Lu.* quid narras?

O me infœlicem! at nullan' alia exeundi via? *Er.* Prorsus nulla.

Al. Cur non claves igitur? *Er.* Enimvero, quî id ausim? mater surripientem has me sentisceret,

Et in virili habitu conspiceret; interea cœnobium mihi in mentem venit,

Et Lucilii amor; feneſtrā protinus adeo, profundum deſultum video,
Deſilire conor, mortem autem metuo, niſi Lucilio valedicam prius;
Deſiſto. Nunc cùm illum allocutus ſum, non pertimeſco millies mori.
Deſilire certum eſt mihi. ſi vivo, tua ero, ſin morior,
Erminiæ memor ſis tuæ. *Lu.* Memor? hei mihi.
Quid agis Ermina? ſiccine te is perditum? *Alberte.*
Al. Erminia, quæſo ne facias; aliquam inveniam viam. *Er.* Hoc aliquid nihil eſt.
Sic monacha cras fiam. *Co.* Hum, libenter hunc deſultum cernerem.
Lu. Erminia, per ego te amorem noſtrum obſecro; aut ſi nihil preces movent,
En nuda pectora, quæ roſam hanc cadentem in ſinu recipient.
Age jam, ſi vis, pereat Lucilius corpore animæ ſuæ.
Er. Ohime, *Lu.* Ohime. *Al. Whiſt*, aliquem huc advenientem (*Intrat Carpina foro.*
Audire videor, Erminia; manta parum;
Aliquid eveniet ſpero; *Whiſt.* ſecedamus paululū.

Act. III. Scen. IV.

Carpinius, Albertus, Lucilius, Corbus, Erminia.

Ca. SIc, ſic, alta deniq; quies, hei, nos fures omnium Sumus

Sumus vigilantissimi; at sic oportet insomnes ut sient,
Qui reipublicæ curam gerunt. at nemon' hic est? hum.
Vix oculis credo meis, ita totus componor ex falciis.
Puh! nihil est; si quid intus est, me ipsum metuo.
Mirum ædepol nos sumus genus hominum, quibus
Timor & audacia, suspicio & confidentia semper comites;
Tenebræ nobis, lux: noctes, dies; soli sumus, quos omnes metuunt.
Itidem & nos omnes; nihil nobis est, nec deest aliquid.
Prisci sumus aurei illius sæculi reliquiæ, quibus omnia communia.
Quæ nunc domus est, quæ non nobis patet?
Seræ, pissh, cereæ sunt; ipsa si Ditis janua (quod tamen
Pro meritis spero consore) mihi non pateret,
Unico hoc unco reseratorio aperirem illico.
Aperirem? Imò si omnes manes retardarent pessulum.
Al. O lepidum carnificem! *Lu.* Quid si hunc, ut has fores
Aperiat, conducerem? *Al.* O nunquam faciet.
Nimis est suspicax; præterea Vrsilia audiret facile.

Car. Ubi ſcala mea ſerica? oh, hic eſt Ariadnes filum;
Vah, nihil eſt, omnes domus angulos per hanc intrabo;
Nullus tam præceps murus, nulla turris adeo edita,
Quin per ſcalam hanc conſcendam, deſcendam commodè.
Al. Audin' tu illum? *Lu.* Oh ſi ſcalam hanc. *Al.* Siſte modo; clepam hanc
Arq; perterre faciam illum probè. *Car.* Videndū eſt an omnia mea
Mecum? quid hoc eſt? ho, offa pice intus & Mercurio conſecta,
Quam latranti cani offerre ſoleo.
Al. Siccine furcifer? Grille, Corbe, Dromo huc ad me; abiit, ha, ha! (*Aufugit Carp.*
Hic ſcala eſt; dixin' tibi hoc Erminia?
Ah mala! *Er.* Ah mi Alberte. *Lu.* Autor meorum
Omnium: ſed citò agamus. *Al.* Corbe, tene ſis laternulam.
Sic, ſic, ſic, citò, citò, Erminia fac ut parata ſies:
Num feneſtra ſatis lata eſt? *Er.* Satis. *Ca.* Abierunt?
O me inſulſum, bardum, ſtipitem, ſic inopinantem opprimi?
Ubi aures iſtæ, iſtæ, iſtæ perfidæ? *Al.* Feneſtræ jam
Scala aptanda eſt. *Ca.* Quid audio? *Whiſt.* iſti pol ſunt,

Qui

Qui ſcalam habent & noſtri etiam ſunt ordinis.
Aha, ſcalam mihi denuò, aut exclamabo per deos, aliter
Quoniã lepidi eſtis carnifices, adjutabo in hac re.
Lu. Promitto tibi; & hem tibi inſuper, capeſſis hoc
Aurum. *Ca.* Neutiquam; hoc vobis gratis faciam.
Al. Age igitur—— *Lu.* Eamus properè, *Cor.* Vale furcifer.
Ca. Vale, nequam, vale: nunc opportunè meum agam negotium.
Luc. Al. Ermin. Cor. exeunt ad forum Dec. } *Exit Carp. ad forum Bacc.*

ACT. III. SCEN. V.

Fantichius ſolus à *Semp.*

HOccine vero credibile? enimvero mirari ſatis nequeo.
O vecordiam! ô hominem ſtupidum! ô invenuſtũ Fortunium!
Solum cum ſolâ juvenem, cum virgine belliſſimâ
Concludi! & ſtare interea quaſi examinatum, emortuum?
Quid hoc eſt flagitii? inſpexi modo per rimam in cubiculum,

Ibi vidi Fortunium, adstantem Claritiæ (obstupui) quasi
Attonitum; aut mente motum; censen' unum verbum
Posse eum proloqui? ne verbum quidem; altum silentium,
Oculis in se mutuo defixis, hinc inde suspiria,
Nihil quicquam præterea. hoccine est amare aut potiri deniq,?
Hercle verò, haud mecum sentit. Sed quid ego hîc cesso?
Ego quod meum est feci; Lysam illam quasi Mercurius alter
Caduceo consopivi, abiit herus meus, in ædibus solitudo,
Nunc otium mihi datur exeundi quò volo; ego igitur ad tabernam continuò.
Ibi me hilariter excipiam vino & ludo & lepidis jocis.

Act. III. Scen. IV.

Balia à feneſtra, Fantichius.

Ba. FAntichi, Fantichi, ubi es mastigia? Fantichi.
Fo. Quis me tam audaster hoc noctis? tune eras cornicula?
Si quis alius mortalium, periisset oppidò.

Ba. O

Ba. O Fantichi, periimus, abi, fuge, propera.
Ba. Quid malùm est? *Ba.* Etiam restas verbero?
Fa. Quid est? satin' sana es?
Ba. Inquam, curre curriculo. *Fa.* Non eo inquã; non vacat.
Ba. Accerse hominem huc ocyus. *Fa.* Eccum tibi atq; perstrenuum.
Ba. Jocaris furcifer? periimus inquam; accerse huc hominem.
Fa. Quem hominem. *Ba.* Malùm; quid dicam? qui concinnat seras.
Fa. Fabrum vis, annon? *Ba.* Fabrum, fabrum, ô Fantichi! actum est, nisi fabrum ilico adducas.
Fa. Numnam periimus Balia? palámne sumus? deprehenditur
Fortunius. *Ba.* O puer penitus, nisi tu fabrum continuo,
Occidimus omnes; malè accidit quod inclusi sint
Fortunius & Claritia in cubiculo cujus clavem
Herus gestat secum. O Fantichi, abi, curre: quid stas?
Fa. O Jupiter, quæ hæc est socordia? ô venefica, nunc
Si Salus ipsa nos salvos velit, servare non potest;
Fabrum me nunc per medios vigiles intempesta nocte
Accersire? impossibile est. effringam fores. *Ba.* O neutiquam,
Non potes, quin abi inquam atque actutum redi.

(Fant. ad forum Dec. Exit.

Ego interea omnibus clavibus experiar, O me miseram! quid agam?

Quis illic est strepitus? perii, interii. Sempronii vocem audio. (*Semp. exclamat Fures.*

Nunc Fannii. O Jupiter, serva me obsecro, jam huc adeunt. (*Itidem Fannius.*

Audio, ô Jupiter, neq; mihi effugium datur uspiam.

Act. III. Scen. VII.

Sempronius, Fannius, Carpinius ex ædibus *Semp.*

Se. FUres, fures, fures, vide sis scelus, ibi, cave nunc è foribus, fures, fures.

Ca. Abi tu, pereat sarcina modo ego aufugiam, merx quàm mercator, abeo. (*Exit ad forum Dec.*

Se. Fures, fures, Fanni, Fanni, asine, mastigia.

Fa. Here, here.

Hic inquam, ascende, ascende; hic est, ascende. *Se.* Fanni hic inq ã Fanni. } *Intrat Sempronius & impingit in Sarcinam.*

Fa. Here, here, hic inquam in cubiculo.

Se. Fanni stipes, asine, verbero, ohime, Fanni inquam,

Accede ad me. *Fa.* O here nihil periculi est.

Ia caveâ fur est; me vide. *Se.* Quid ais scelus?

Fa. Quid vis tibi here? *Se.* Asine, quid stas? Quin subvenis mihi nunc?

Non

Non vides? cecidi: ô me miserum! ubi me vidit à tergo,
Aufugit atq; rejecit sarcinam hanc, in quam ego impegi miser; non vides?
Etiam rides omnium? *Fa.* Vix here intelligo,
Quis homo hanc sarcinam. *Se.* Fur ille qui evasit
Modò, non attendis? *Fa.* Fur autem non evasit, inquam,
Here, nisi magus; in cubiculo conclusus est
Cum Claritia satis arctè. *Se.* At hâc, inquam, aufugit
Aut ego insanio. *Fa.* Profecto here tum duo sunt
Fures; nam unum satis scio clausum esse in cubiculo.
Cum Claritia, quem vidi ego modo per transennam.
Se. Cum Claritia, scelus? *Fa.* Certo certiùs, here.
Se. Perii, perii.
O me infœlicem! *Fa.* Quin imus here actutum atq; scendimus,
Ne forte virgini homo audax nunc vim inferat.
Se. O miserum senem! Ad hæc mala servatum adeo tamdiu.
Fa. O here, here, manta parum, audire mihi videor,
Advenientem huc aliquem. *Se.* Inauspicatò venit quisquis est.
Manebimus hic interea dum ille occidat filiam?

ACTV.

Ego interea omnibus clavibus experiar, O me miseram! quid agam?
Quis illic est strepitus? perii, interii. Sempronii vocem audio. (*Semp. exclamat Fures.*
Nunc Fannii. O Jupiter, serva me obsecro, jam huc adeunt. (*Itidem Fannius.*
Audio, ô Jupiter, neq; mihi effugium datur uspiam.

Act. III. Scen. VII.

Sempronius, Fannius, Carpinius ex ædibus *Semp.*

Se. FUres, fures, fures, vide sis scelus, ibi, cave nunc è foribus, fures, fures.
Ca. Abi tu, pereat sarcina modo ego aufugiam, merx quàm mercator, abeo. (*Exit ad forum Dec.*
Se. Fures, fures, Fanni, Fanni, asine, mastigia.
Fa. Here, here.
Hic inquam, ascende, ascende; hic est, ascende. *Se.* Fanni hic inquam Fanni. } *Intrat Sempronius & impingit in Sarcinam.*
Fa. Here, here, hic inquam in cubiculo.
Se. Fanni stipes, asine, verbero, ohime, Fanni inquam,
Accede ad me. *Fa.* O here nihil periculi est.
In cavea fur est; me vide. *Se.* Quid ais scelus?
Fa. Quid vis tibi here? *Se.* Asine, quid stas? Quin subvenis mihi nunc?

Non

Non vides? cecidi: ô me miserum! ubi me vidit
à tergo,
Aufugit atq; rejecit sarcinam hanc, in quam ego
impegi miser; non vides?
Etiam rides omnium? *Fa.* Vix here intelligo,
Quis homo hanc sarcinam. *Se.* Fui ille qui evasit
Modò, non attendis? *Fa.* Fur autem non evasit,
inquam,
Here, nisi magus; in cubiculo conclusus est
Cum Claritia satis arctè. *Se.* At hâc, inquam,
aufugit
Aut ego insanio. *Fa.* Profecto here tum duo sunt
Fures; nam unum satis scio clausum esse in cubi-
culo.
Cum Claritia, quem vidi ego modo per transennã.
Se. Cum Claritia, scelus? *Fa.* Certo certiùs, here.
Se. Perii, perii.
O me infœlicem! *Fa.* Quin imus here actutum
atq; scendimus,
Ne forte virgini homo audax nunc vim inferat.
Se. O miserum senem! Ad hæc mala servatum
adeo tamdiu.
Fa. O here, here, manta parum, audire mihi videor,
Advenientem huc aliquem. *Se.* Inauspicatò
venit quisquis est.
Manebimus hic interea dum ille occidat filiam?

ACT.

Act. III. Scen. VIII.

Granchio ex ædibus ſuis, *Rodericus* ex ædibus ſuis.

Gr. INgentem ego ſtrepitum audire viſus ſum in
plateâ hîc modò.
Quid malùm rei ut ſit? hoſce ſtrepitus non probo.
Quid jam? plus etiam tumulti? quis illic homo eſt
à Roderico? (*Hæc intra limen.*
Ro. Atq; audin' Syre, Fauſtule. *Gr.* Quid malùm ille
ex ædibus hoc noctis? ha?
Neq; hoc placet: ſt. tace ſis; auſcultabo quid lo-
quitur.
Ro. Interea vos totamdomum ſcrutamini, cubi-
cula, cellas, arcas, porticus,
Explorate, agite, omnes latebras, omnes angulos,
Nullum intentatum relinquite, obſerate fores om-
nes,
Omnes feneſtras occludite, ne uſpiam erepſerit.
Ego hîc advigilabo interea, ſi quos fortè in platea
Suſurros obaudiam; feſtivum hoc ædepol eſt ad-
modum,
Togam mihi nunc ſurripi neque poſſe conji-
cere,
Quo pacto, aut quando, aut per quem id fieret.
Gr. Oh, hoccine eſt tandem, quod eum ita malè
habet?

Intelligo

Intelligo huic nunc ſuboluit de toga. Probè.
Hinc illæ turbæ naſcuntur. At quid, malùm, ei in
mentem venit
Hæc toga nunc potiſſimum? *Ro.* Ita voluit, credo,
Jupiter.
Niſi clamorem iſtum in platcâ audiſſem de furibus,
Lepidè mihi ædes meas exinanitas darent,
Lubens profectò nunc ſomnum potuiſſem capere.
Totam hercle civitatem commotam dabo,
Ad ducem extemplo me conferam; ignotus ſum,
fateor;
At jus inveniam hîc ſpero; ſat ſcio quanti conſtitit.
Sed quid ego hic ceſſo? Quid non exclamo, atque
excito viciniam?
Tanti mihi veſtem pretii ablatam pati?
Sexaginta aureis ſimul emungi me? hercle vero
ædepol
Haud nihil eſt. *Gr.* Sanè verò ædepol nimium eſt.
Ro. Sed quid me moror? conſultius credo fore
mihi
Ut Granchionem nunc adeam prius vicinũ meum,
Amicum ſanè hominem & probum. *Gr.* Eccere,
O ſenem ſagacem & plenum conſilii!
Exemplum capite ab hoc temerarii: ô peritus Phyſiognomon!
Ro. Probum hunc hominem conveniam, ab eo
conſilium capiam,
Dum recens eſt hoc malum. *G.* Rectà ad ædes meas
Rectam tendit viam. Quid faciam nunc? ſequar
hominem? non,

(Pultat
Pulſet.

Pultet fores ad luſſitudinem uſque per me licet. (*Pultat.*
Placidè, placidè mi ſenex; noli mihi damnum accerſere. (*Pultat.*
Ah tam ſæviter? Pergin' tibi creare moleſtiam?
Nam pol intus nemo eſt mortalis, hoc ſcio.
Ro. O ſomnolentos glires. *Gr.* Mentiris ſenex.
Iterúmne? O Jupiter! *Ro.* Quid ago nunc? *Gr.* Abi, ſi ſapis.
Ro. Nemo reſpondet. *Gr.* Scilicet. *Ro.* Divortam hâc in angiportum, (*Pultat.*
Ad quod ſpectat feneſtra cubiculi,
In quo cubat credo; ibi invocabo hominem. *Gr.* At vide id } *Exit ad ſorum Decan.*
Strenue ut facias, aut forteſſe nullus audiet. Vale.
Quid dicam haſce procellas minari nobis?
Et quid iſthuc quod de furibus modo ſenex? ha?
Non placet. Siccine vero? hum, non poteſt fieri.
At quid ſi evenerit quod nolo? Tantundem eſt.
Ubi erepere non datur, certum eſt erumpere.
Tace ſcelus, crepant hæ fores, quis eſt qui egreditur?
O Balia eſt. Quid eſt mulier? ecquid novi? quid agit Fortunius?

Act. III. Scen. IX.

Balia, (à *Semp.*) *Granchio.*

Ba. O Granchio, occidimus, periimus, interiimus funditus, hei, hei.

Gr. De te loquere anus; ego namque vivo, nec peribo facile.

Ba. Nullum eſt effugium: quantumcunque hoc mali eſt, ferendum eſt.

Gr. Quid igitur eſt? eloquere. Introit forte ſenex: idne eſt?

Ba. Introiit & miſerum Fortunium deprehendit.

Gr. Cum ipſâ.

Ædepol fœlicem deprehendit. Sed quid eo factum?

Ba. Concluſerunt cubiculo. *Gr.* Claritiæ? fortunarum Fortunium!

Ba. Imo alio & remotiſſimo. *Gr.* Nunc primum miſerum prædicas.

Sed quid agit? Non vi molitur fugam? *Ba.* Non. *Gr.* Oh! iſthic me eſſe oportuit.

Numquis cum ſene præter unum Fannium?

Ba. Inquilini aliquot è proximis, quos in Fortunium

Evocavit, quaſi in furem. *Gr.* Furem? Quid ita quæſo?

Ba. Concede huc paululum à noſtris ædibus;

Fur malus Granchio (qui citò fiat penſilis)

His

His malis omnibus occasionem præbuit. *Gr.* Quid ais? Fur?

Ba. Fur inquam. Nam dum herus cum Fannio excubias agit,

Ecce fur venit, cœpit per malum Medicam in fenestram scandere,

Consequitur Fannius; dum furem quærit, Fortunium invenit. (omnia,

Gr. Est genus hominum quibus male procedunt

Festucæ impingunt præcipites, merguntur aquæ cyatho. (stariet! ah in'œlicem!

In his Fortunius; sic cine deprehendi? sic manise-

Ba. Unum hoc dejerabo, nihil eum admisisse mali;

Nam per rimam observabam usque; ve rũ Granch.

In rebus malis fere suspicaœur pessima,

Adeas ergo censeo, & rem verè patefacias.

Gr. Nihil ergo ei subolet hujus rei quicquam ad nos pertinere?

Ba. Non equidem subolet; planè sciunt *Gr* Sciunt?

Unde? aut quis fuit indicio? *Ba.* Ipsa. *Gr.* Quis?

Ba. Ipsa egomet. *Gr.* Tũe? *Ba.* Ita est. *Gr.* Ita? *Ba.* Dixi.

Gr. Hoccine credibile est, ut tute tete & me subverteres?

Dii boni nullámne esse fœminam, quæ tacere possit?

Pulchrè ædepol meritus es, quam dedi togam: ah!

Ba. Venerem & deas omnes! an tuâ gratiâ me interfici paterer?

Pugionem jugulo admovit Fannius;

Aut tum loquendum, aut æternùm tacendum fuit.

Gr.

Gr. Satis est, mulieres ad unum omnes esse sutiles?
Aliud est aliis vitii, hoc autem omnibus.
Ba. Nec vos viri, quantum video tacere quitis, si
potes, tace.
Gr. Egon' ut taceam? scis quo me redegisti;
Sed inepte facio, qui sic me excrucio;
Restituam omnia de integro. vetula quid ages?
Ba. Vides quo loco sim, quæ tanta ætate, tali habitu,
Hoc noctis ausugiam, rebus quæ habui relictis
omnibus.
Gr. Non reversura es domum? *Ba.* Osculum de-
di foribus, valedixi ædibus.
Bene etiam mecum actum puto quod viva abeam.
Gr. Togam ergo tam carã perdes? *Ba.* Cutis carior.
Tum Granchio, nescio quomodo præsagiebat
mihi animus tale aliquid.
Proinde hâc nocte optuma quæque convasaverã,
Et in fasciculum colligaveram. Ille autem fur ne-
quissimus, (quisse:
Gr. Abstulit. *Ba.* In ipsa fuga audivi tamen reli-
Sed non maneo, ut recipiam, ne me rogam tuam
morari putes.
Gr. Quò nunc profectura es igitur? *Ba.* Quocun-
que ferunt pedes;
Aliquis de tot sanctis mihi opem ferat spero.
Gr. Sanctus tibi? aliquis potiùs dæ- } *Expuit in*
monum. *Ba.* Deresior. } *illum.*
Abi sis, abi; maledicis etiam? heu, heu. *Gr.* Mu-
lier habe animum bonum.
Ba. Abi inquam. *Gr.* Ne fleas. *Ba.* Abi modò.
Gr. Audi Balia,

Cape

Cape sis hanc clavem, secede in ædes meas, ibi me opperire.
Ego hic interea me consulam, quid agendum sit.
Si nihil aliud, saltem, quod inveni turissimum
In rebus perturbatis, porrò turbabo omnia.
Pejore esse loco res, quàm nunc est, non potest.
Sed Rodericum video; fuge intus,
In furno te condas; si pultet ne respondeas.
Exit Bal. in ædes Granch.

ACT. III. SCEN. X.

Rodericus, (a foro *Dec.*) *Granchio.*

Ro. SI usquam gentium sit, ut aiunt, Somni domus,
Hanc ego esse opinor; pultavi baculo ad lassitudinem,
Nemo respondit; itaque domum redeo.
Prius tamen hic iterum experiar, (*tick, tock,*) *Whow*, Granchio, Granchio.
Gr. Nunc quid ego huic dicam nescio; dicendum tamen est aliquid,
Fingenda causa cur & quomodo hîc sit Fortunius.
Ego ipsius adibo fores. (*tick tock*)
Ro. Quis est qui fores meas? ha quem vis? *Gr.* Rodericum, si intus est.
Ro. O Granchio, túne es? teipsum quærebam. *Gr.* Et ego te.

Ro.

Ro. Conveniſſe gaudeo. *Gr.* Et ego ſanè id gaudeo;
Sed eſt preterea, quod doleam. *Ro.* Quid. *Gr.* Me triſtium
Fore tibi nuntium. *Ro.* Ohime! etiámne fortunæ debeo ludibrium?
Sed quid ſit verbo expedi. *Gr.* Non multa patitur temporis anguſtia. *Ro.* Quid ergo
Tam multa perdis? *Gr.* Tum remedium unicum feſtinatio.
Ro. Cur non feſtinas igitur? *Gr.* Scito Fortunium tuum——
Ro. Ohime, dehoneſtatus eſt in itinere, annon? *Gr.* Ne interpelles Roderice.
Ro. Num vulneratus eſt? *Gr.* Non. *Ro.* Quid tum quæſo Granchio?
Gr. Quâ viâ voluit proficiſci Venetias, obſtiterunt vigiles.
Ro. Quid ita?
Gr. Ducis mandato cautum eſt; aliquid inerat.
Ro. Mirum hoc quidem eſt. Quid tum?
Gr. Quamobrem domum redibat Fortunius hodie veſperi.
Ro. Salvúſne? *Gr.* Salvus. *Ro.* Quid hoc adeo eſt mali? quamvis hoc nolim quidem.
Gr. Videbis. Hîc ante ædes redeuntem ipſum convenio. *Ro.* Quid tum poſtea?
Gr. Dum de more colloquimur, quendam hinc exeuntem vidimus,
Hominem ignobilem tuâ illâ indutum togâ, quam——

Ro

Ro. Meâ togâ? *Gr.* Agnovit ſtatim Fortunius,
manus injicimus manifeſtario,
Ille elapſus ſe conjicere protinam in pedes, inſe-
quitur Fortunius,
Ipſe etiam, quantum potui; fur ſtrenuus muros
conſcendit,
In hortos Sempronii defiliit: (hic ego laſſus reſtiti)
Fortunius adhuc premit non ſegniter; ibi verò
malus
Ut ſe anguſtiis concluſum videt, ſcandit malum
medicam.
Dum hæc aguntur, Sempronius clamore excitatus
Cum familia in hortum ruit; quid fure factũ neſcio;
Sed prehendit Fortunium, concluſit;
Ait veniſſe ut vitiaret virginem,
Quam heri mihi dixiſti deperire tuum.
Concluſit, porro minitatur ſe facturum ei——
Ro. Quid tandem? nil mali ſpero.
Gr. Id quod mœchis ſolet, *Ro.* Inauditum facinus,
qui nihil commeruit. (ginis;
Gr. Hæc mihi nuntiavit anus quædam nutrix vir-
Quæ ut tu ſcires facere putavi meum.
Ro. Nemo eſt omnium, cui malæ res adeo ſint in-
evitabiles. (Fortunium:
Ne quid ex amore in hanc peccaret, ablegabam
Ecce invitus detinetur, nil peccans in malũ incidit
Adeò infœliciter ut innocentem expurgare non
fuerit facile. Quid agam?
Adjuva me tuo conſilio Granchio. *Gr.* Imò po-
tius operâ;
Servos, quotquot habes convoca, eos armis inſtrue,

Ego

Ego pro me hîc adero & amicos aliquot adducam ſimul.
Ædes expugnabimus, vi eripiemus Fortunium.
Ro. Vi? *Gr.* Vi, cũ non licet aliter. *Ro.* Nullo modo.
Fortunium amo plurimũ, non ita tamen ut pro eo
Me ipſum, Lucilium, familiam, rem velim perdere.
Vin' hâc urbe contra virum patricium vi experiar?
Non faciam. *Gr.* An potius illum patiere Eunuchum fieri?
Ro. Imo adibo Sempronium, errorem ei indicabo ſuum;
Orabo, ſupplicabo, denique mnia experiar, ſed vi ut utar?
Gr. Ut lubet; ſed aliter nil proficies. *Ro.* Noli ſuadere; non audio.
Gr. Si tibi ita certum eſt; nihil eſt in me opis.
Nam ut verum fatear, iræ ſunt inter me & Sempr.
Proin tu ſolus adeas, ego hîc ero ſi quid me voles, vale. (bene.
Ro. Et tu bene vale Granchio. *Gr.* Dii vortant
Ad ædes ſuas Exit.

Act. III. Scen. XI.

Rodericus, Sempronius ex ædibus ſuis.

Ro. NIſi fallor, is ipſus egreditur; concedam à foribus huc. (age negotium.
Sem. Tace ſis inepte, ego iſtuc curabo, tu tuum
O Jupiter! audax & inſanum facinus!

Ro.

Ro. Demiror quid hoc sit & quorsum evadet metuo. *Sem.* Siccine oportuit?
Corrumpere mihi familiam, filiam, pol quasi ego leno siem?
Ita allicere ad stuprum, irruere in ædes, fures intromittere?
Hoc si sic abiret; sed ubi is est qui nostras pultavit fores?
Ro. Quid isthuc rei est? quid ego video? meáne incedit amictus togâ?
Profecto nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt, ea pse est.
Accedam propius; certè ædepol, hercle vero ita prorsus habet.
Dii immortales! quænam hæc est insania?
Illiccine est homo qui incusat fures? Euge, euge,
Bone vir túne impune hæc unquam feres? *Sem.* Quid ais?
Ro. Túne togam hanc meam à latrone surripis, atque ipsum interea
Abire sinis? *Sem.* Quid hoc? *Ro.* Túne meum Fortunium
Furti insimulas, tuísque includis innocentem ædibus?
Sem. Ha, ha, he, homo suavis etiam me ultro accusatum
Accedit: ô audaciam! Euge, euge bone vir,
Túne me derisum huc advenis? Túne ejusmodi adolescentes
Aris, qui in ædes alienas irrumpere, corrumpere
Virgines —— *Ro.* Porro autem, *Sem.* Sectari fures, rapinas meditarier. *Ro.*

Ro. Numquid amplius? *Sem.* Tibi, mihi, atque bonis adeo
Omnibus esse dedecori solent. *Ro.* quid est?
Se. Primum omnium dico tibi Fortunium tuum seipsum perdidisse. *Ro.* Hem,
Verba isthæc sunt. *Sem.* Rem ita esse comperies.
Atque inveniſſe infortunium. *Ro.* Ineptiæ, qui suum repetit.
Sem. Non vestem sed virginem petiisse. *Ro.* Deliria.
Sem. Hanc me togam non à fure, sed à Domino accepisse.
Ro. Hui dementia! Verum hoc scio hanc meam esse
Quam tu male detines togam. *Sem.* Garris modo.
Ro. Meum quem tu captivum inique tenes Fortunium.
Semp. Fabulæ. *Ro.* Qui dum furem secutus, pro fure à te
Captus est. *Sem.* Somnium. *Ro.* Proinde
Etiam atque etiam cogites quid inceptas.
Sem. Nugæ, meræ nugæ. Sed de toga quid ais
Postea videbimus nunc. *Ro.* Quid nunc, obsecro?

Act. III. Scen. XII.

Faber, Sempronius, Rodericus.

A foro Dec.

Fa. HEus Fantichi! quonam subduxit se carnifex, aut ubi eum perdidi?
Se. Quis hic est, qui huc pergit?
Fa. Quod si hæc me nunc, ut solet, illudat anus
Multiloqua & multibiba, per pol ego parem
Illi referam gratiam; sed ubi est hoc sceleſtum caput?
Se. Vin'? ha! quid est? quid ait?
Ro. Audi Sempronì. *Se.* Tace modò. *Ro.* Hoc aio. *Se.* Quin loquere?
Ro. Quid ni loquar? *Se.* Et iámne?
Fa. Ubi ubi isthic est furcifer haud meâ refert.
Ego hîc otioſus ut siem? Quin potius
Quod meum est officium faciam atque adibo fores.
Solus sum, cui in tota hâc urbe occluſum sit & obſignatum nihil,
Cui omnes hæ ædes publicitus patent, quandocunque collibitum est mihi.
Vahl egón' sine illo nihil ut sim auſus? tricæ.
Quaſi mihi novum hoc esset facinus, aut nunc primo facerem. } *Tranſit Scenam.*
Se. Dii boni! quod ego hunc hominem facinus audio loqui?

Ro.

Ro. Hem quid sibi volt?
Se. O Roderice, abde te quantum potes; eccum ipsum furem tibi,
Quem magno cum suo malo fatum huc denuò attulit,
Aiq; in nostras jam prope manus tradidit. sic, sic absconde te.
Ro. Dii me servatum, volunt; hiccine est, ais, qui togam surripuit?
Se. Potin' ut taceas? siquidem tibi consultum velis
Et rebus tuis, ne verbulum. *Ro.* Tacebo. *Se.* Ipse suâpte audaciâ,
Viden' tu hominem quid agit? } *Ferramentum*
In fauces infortunii ultro sei ipsũ } *extrahit faber.*
dabit.
Ro. At ego mox irruam. *Se.* Oh cave, ne te commoveris.
Ro. Male, hercle, metuo ne nos effugiat, Semproni, fine me.
Se. St, nunquam faciet, vide ne verbum dixeris, st.
Fa Ædepol stultè à me factũ & inconsultò nimis,
Qui tota ferramentorũ officina me onusũ reddidi
Ob rem nihili; Phuh; ita meus Vulcanus
Sit mihi propitius, ut puerum ego arripiam ex triviis
Qui falcata hac clavi pessulum hunc retundet
Protinam nullo negotio. (*Sibilat.*) *Ro.* Audaciæ columen!
Audin' carnifex quæ loquitur? *Se.* Manta, manta parum,
Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer

Accipiam ut dignus es, haud surdo canis.
Fa. Hoc uno reseratorio age, meipsum opponam pignori,
Hoc uno inquam uncinato ferruculo
Omnes harum ædium pessulos dispellam.
Triennium est à quo primitus hæ mihi notæ sunt fores.
Se. Euge verbero, tum longa tibi familiaritas
Intercessit cum meis ædibus. Hic ille est qui pe integrum
Hoc triennium mecum pernoctavit, nec noveram
Ro. Idem ille sacrilegus est, qui togam mih clepsit,
Nec intellexeram: sed nisi fallar, ulciscar probe;
Hanc interim quam tecum habes togam,
Semproni faxis ut meam esse memineris.
Se. St, de hac re postea; nunc peropus est pra senti animo
Ut, quod instat, agamus strenue. *Ro.* Quid cessas Ruamus in hominem. *Se.* Heus Fanni, Fann prodi
Scelestè, prodi foris; audin'? heus, heus Fann
Ro. O scelus, O sacrilege, tune horum malorum caput es?
Tune togam meam? *Se.* O meus carnifex! tune
Mearum ædium nocti spoliator? Fanni, Fan non audis furcifer?
Fa. Proh deûm fidem! Quid vultis insani? qu agitis? quò me rapitis?
Ro. Monstrum hominum! etiam rogas? dabi ratio, ne dubita.

Se.

Se. Os impudens! quod apud haſce ædes negotiũ eſt tibi?
Tene, tene hunc pauliſper donicum maſtigiam illum evocavero.
Fa. Siccine mos eſt Florentiæ homines in via adoriri?
Senex dimitte me ſi ſapis. *Ro.* Ego te carcer! hercle emoriar priùs.
Se. *Hau,* Fanni, quid malùm intus hæres, ulmorum Acheruns, ignave, iners, ſtipes?
Fa. Hem quid ages? *Ro.* Quid agam? non, non, auferre nunquam potes.
Fa. Quid vis tibi? *Ro.* Scies modo, mane, mane, id tu audire expetis?
Fa. Pol tu quiſquis es, niſi tua crura & latera nihili pendis, abi modo;
Si me ultra irriraſſis, certũ eſt, lumbi fragiũ auferes.
Ro. Citius clavam è manu Herculis. *Fa.* Ain' verò? *Ro.* Aio enimvero.
Fa. Id jam experiar. *Ro.* Hem Semproni, Fanni, cives, populares,
Afferte mihi ſuppetias, miſerum me! non poſſum amplius.
Se. Quin ubi es omnium verberaliſſime?
Fanni, Fanni, Fanni, dii te omnes perdant, Fanni!
Ro. O Semproni, Fanni, ſubvenite, accurrite, afferte opem. (*Cadit.*
Hei mihi! *Sem.* Ah do ſum confregit mihi, ô lalatera! ô caput!
Ro. Lumbos autem, oh oppidò perii, totus interii, oh Semproni! oh carnifex!

Se. Ah ſpurciſſime Fanni, oh verna, ah gymnaſiũ flagri!

Quem ego——*Ro.* O nullus ſum. Sed vix me attollo in pedes.

ACT. III. SCEN. XIII.

Fannius, (à *Semp.*) *Sempronius, Rodericus.*

Fa. QUid iſthuc malùm? aut quænam hæc ante ædes clamatio eſt?

Se. O ſalve bone vir; quin te mala crux, Jupiter,
Dii deæq; omnes perdant furcifer. fugin' hinc ad
inferos cuſtos carceris?

Fa. Præſtigiator, venefice, vetus ſycophantiarum
artifex,

Tibi aio Roderice. *Ro.* Hem. *Se.* At ego tibi ver-
bereum

Caput, ſtolide, bellua. *Fa.* Mihi? nam quid feci
tandem?

Se. Rogitas pecus? ego dicam tibi; Iſthîc adeſto.
Situ hercle à me digitum tranſverſum abſceſſeris;
Si pedem uſquam gentium moveris, continuò ego
dedam te

Diſcipulũ cruci. poſ nulla in te cauſa fuit, quin me
Latrones Orco ſacrificaſſent hoſtiam. *Fa.* Sanè quid
tibi

Iam contigiſſe dicam neſcio. Id nunc age
quicquid juſſeris,

Ro. Sempronì, quin me reſpectes, mitte ſervolũ.

Se. Ne

Se. Ne te fallas Roderice, neu mihi molestus sies.
Ro. Pulchrè sanè. Tune obsecro togam sic mihi compilare puras?
Tum is verè essem, quem tu autumas,
Fungus, fatuus, dignus deniq; quē tu sic illuderes,
Se. Nosti has ædes: illic ego habito. haud fugitivus sum
Ne metuas; Fortunium autem tuum.
Ro. Quid illum? *Se.* Tractabo ut meritus est.
Ro. Qui nihil in te fecit neq; admisit mali?
Se. Hem, nihil tibi videtur in alienas ædes sic irrumpere?
Nihil (quod jam centies dico) constuprare liberam?
Ro. Nego factum. *Se.* At ipse non negat. *Ro.* Non negat?
Cras hoc videbimus. Lex hic eadem est omnibus.
Tum & mihi testes & res perspicua. *Se.* Cras agamus igitur.
Vale, vale. *Ro.* Ah Fortuni, Fortuni. *In ædes suas Exit caput quassans.*
Fa. Ille abiit; nunc here, si liber, ausculta mihi paucis. *Se.* Quid est?
Fa. Hunc suam esse togam ait. Si me audies, quod suum est, auferat.
Postea liberius multo pores pro tuo arbitrio
Quid vis in hunc Fortunium statuere; quid ais?
Se. Ineptire te? Egon' ut illi dem, quod cujus sit, nescio?
Aut illi quicquam credam deliranti seni?

Tune scis hanc ejus esse togam? *Fa.* Sic ait. *Se.* Sic ait?
Sic & iniquum, me ait, & injuriam sibi facere;
Num tu credis igitur? sanè
Nunquam tu nisi aperto ore loqueris. O Granchio!
O Sacri lege, qui me huc adduxti scelus?
Tum autẽ vetus illa & impura meretrix. Sed quid moror?
Abi, abi, illico Manlianum huc ad me voca, atq; ipse actutum huc redi.
Fa. Jam hîc ero. *Se.* Mane, mane, ipse conveniam: constitui
Rem omnẽ ipsi narrare. *Fa.* Cui? *Se.* Manliano; is multum sapit.
Fa. Profecto here cave ne feceris: jam in ore erit omni populo.
Se. Potin' ut me ire quo profecturus sum sinas?
Mirum ni tu consultior sis, quam egomet mihi.
Fa. At here in hoc ornatu per urbem incedis? rogâ non tua?
Se. Jam mones haud malè; auferto hanc intro, & paliaum
Affer ocyus. Quot una nox turbas dedit?
Quàm sumus mortales omnes? quàm facilè labimur?
Quàm ægrè in pedes erigimur? *Fa.* Here. *Se.* Tace atq; eamus. (*Exeunt ambo ad forum Dec.*

ACT.

Act. IV. Scen. I.

Ursilia, Gallus (intus) *Corbus* (ad eos) *Granchio.*

Vr. GAlle, Rosella, Galle. *Ga.* Profecto hic non est.
Hui quantæ sunt hîc tenebræ? ne stella quidem uspiam.
Co. Herus huc me misit quæsitum; ha! quid est? certè oblitus sum;
Quæram tamen; cùm rem ipsam video fortasse
Mihi in mentem veniet. *Vr.* Nec in cubiculo,
Nec in hortulo? *Ga.* Certe nusquam inventa est; hîc verò vestes.
Vr. Me miseram! ubi est Erminia? ubi filia mea?
Vereor ne perierit; at inde fit quoniam invitam illam
In cœnobium truderem. Ah stolida!
Quasi non novi, quàm ægrè hoc ferant Virgines.
Sed quis tu homo es? quid quæris? *Cor.* Quid quæro?
Difficilis admodum quæstio. Hoc æque tu potes dicere
Atq; ego. *Vr.* At nihil de Erminia mea?
Cor. Forasse aliquid. *Vr.* Ubi est obsecro?
Num vivit? *Cor.* Imò tu prius dicas, quid quærito.

Quî possim? *Cor.* Ariolare. *Vr.* Crumenam forrè.
Cor. Non, non, non, *Vr.* Machæram. *Co.* Neq; illud.um, habui modo atq; iterum evanuit.
Um, illud est sine quo nemo uxorē ducit. *Vr.* Aurum intelligis?
Cor. Nihil minùs; peugh, quid illud est quod in manibus gestant divites?
Vr. Chirothecas vis? *Co.* Non, non; quod in digitis. *Vr.* Oh annulum!
Co. Rem tenes. Annulum, an, annulum; non obliviscar iterum, annulum, annulum, annulum.
Vr. At nunc quid nosti de Erminia? *Cor.* An, an, an, nihil prorsus, an, an, an.
Vr. Siccine vero? quis hunc perdidit annulum? *Co.* An, an, an, Lucil. an, an, an.
Vr. Lucil. Roderici? quando hîc fuit? *Cor.* An, an, an, hac nocte, an, an, an.
Vr. Solusne? *Co.* An, an, an, non, cum lepida virgine, an, an, an. *Vr.* Cum virgine?
Quænam illa? *Cor.* An, an, an. vin' nomen dicam? an, an, an.
Vr. Obsecro. *Co.* An, an, an. quæso ne interturbes. an, an, an. *Vr.* Responde aut.
Cor. An, an, an, ne verbum amplius ita molesta es, an, an, an.
Vr. Suspicor quid fiet. Quin ad fratrem Sempronium propere.
Cor. Annulus; hic nullus est annulus; herus non reputat
Laboris quid sit, id quod non est quærere.
Scilicet hoc est amanti homini inservire & adolescentulo.

Scenes

Senes nunc altum dormiunt. *Gr.* Quas ego hac nocte turbas dedi?

Miror quid factum sit. *Co.* Ego vero abeo atque hero dicam meo

Me non posse invenire, hum quid est? annulum, an, an (*Exit ad forum Dec.*

Gr. Quænam vox? fortasse aliquem à Sempronio, cavebo mihi.

Abistne? Quidni Rodericus adeam ut quid agat Fortunius sciam?

Tick, tick. Si priusquam Constantia redeat hunc non liberem periimus oppidò.

Act. IV. Scen. II.

Granchio, Rodericus ex ædibus suis, ad hos *Sem.* à Manliano, & *Fannius* à foro. Bac.

Ro. QUis est? *Gr.* Qui te salvum cupit. *Ro.* O Granchio.

Gr. Dic verò sodes, Roderice, nondum hæ silescunt turbæ?

Se. Manlianus vir prudens est; at in hac re non sapit ex mea sententia.

Ro. Silescunt? *Fa.* St. *Ro.* Imo ut Sempronium video esse habitum,

Nulla spes est dein transigendi pacificè.

Ita certò persuasus est filiæ suæ gratiâ Fortunium Ædes introiisse, quàm falsò id tute nosti optimè.

Gr. Ha, ha, he.

Ro. Quid rides? *Gr.* Ego? *Ro.* Tu. *Gr.* Egone? in mentem mihi venit.
Sed nil dictu opus. insigniter tibi Rodorice injuriam facit.
Ro. Mihi quidem videtur, ideoq; nunc adibo iterum ut expostulem.
Gr. Sanè si me audias, hominem stultum ne adeas.
Sem. Oh.
Rr. Quid igitur faciam? *Gr.* Spero me pæne reperisse viam,
Qua & illum ulciscare & liberes filium ingratiis.
Se. Arrige aures Fanni.
Ro. Quænam isthæc est amabó? *Gr.* Sycophantam adornabimus.
Ro. Sycophantam? quapropter enim? *Gr.* Is per syngraphum & annulum
Et argumenta alia, quæ ipse mecum confinxi plurima;
Quid dicam aliis? ipsi Sempronio probabit facilè
Fortuniũ tuũ ex se genitũ, adeo ut ei ultra cupiat
Claritiam in uxorem dare. *Ro.* Incredibilia narras Granchio.
Gr. Ne dubita; mentiendo faciam ut sint verisimilia.
Ro. Non debes mihi irasci, si ad consentiendum sim tardior.
Deliberare multũ soleo omnia, & mansa prius diu
Esse oportet consilia, ego quæ deglutiam.
Eamus intro ad me, ut inventum hoc intelligam magis:
Tum nequis hinc quæ diximus arbitrati queat.
Sr. Sero id caves. (*Exeunt Gr. Rod. ad æd. Rod.*

ACT.

Act. IV. Scen. III.

Sempronius, Fannius, transit scenam.

Se. AUdistin' horum sermonem Fanni? *Fa.* A principio omnem.
Se. Hercle opportunè huc exiimus. Jam tandem cesso fortunam queri;
Quicquid male fecit antehac uno hoc pensavit satis,
Quod horum mihi technas patefecit penitus.
Fa. Tantúmne in eo boni here? *Se.* Rogas? non vides?
Quanto ab infortunio quàm prope abfui?
Quod enim majus obsecro quàm supplicium non sumere
De tam malè merito? mori me hercle mavelim,
Quã ut ille salvus effugiat. hem hominem astutũ & confidentem nimis
Illum Granchionem atq; haud scio an efficere potuit, sed nunc——
Fa. Ne etiam circumveniant cave. *Se.* Parum est cavere mihi,
Ni ipsos dolis insuper illaqueem suis. *Fa.* Id quidem esset
Perpulchrum here. *Se.* Jã diu istuc cogito Fanni,
Et propemodum quî fieri possit repperi.
Ita erit. quam ipsi mihi monstrarunt viam persequar.

Nimis s

Nimis eos ulciſcar, ſi quid in tales eſſe poſſet nimis.
Fa. Quam quæſo vindictam medi a i? neq; enim intelligo.
Se. Advorte igitur animum. *Fa.* Advorto. *Se.* Sed diligenter,
Ut ſiquid opus erit in hac re mihi ſubſervias. *Fa.* Eloquere igitur aperiè.
Se. Quod nunc illi tantopere mihi perſuadere cupiunt,
Fortunium hunc ex me natum, iis me dabo;
Ad Rodericum ipſe accedam, prehendam manu,
Simulabo quaſi has lites ſoſpitas cuperem,
Adeam rem rationem me inveniſſe facilem
Et utrinque conducibilem. *Fa.* Puta me Rodericum, here,
Quo dicas planiùs. *Se.* Bene admones.
Eâdē ſimul ad ipſum accedam parat.or. *Fa.* Perge igitur.
Se. Roderice cùm mihi nec liberi ſint ulli, nec ſpes ut porro ſient,
Decrevi Fortunium tuum adoptare mihi,
Ita tamen ut genuinum eſſe omnes credant filium,
Atq; ipſi quoq; uxori ita eſſe ſit perſuaſiſſimum.
Claritiam huic ut exopret in uxorem dare;
Quo facto conticeſcent omnia.
Fa. Jam ego Rodericum ago. *Sem.* Quid aliud?
Fa. Gratū eſt quod dicis Sempronī, vereor tamen,
Uxori ut poſſis fidē facere: ſuſpiciosæ ſupra modū
Sunt fœminæ, præſertim ſi quid ad filias pertinet.
Se. Id etiam inveni Roderice, quīeā poſſim fallere;
Multis jam retro annis inimicorum calumniis

Oppreſſus,

Oppressus, Turciam in exilium abii; verùm
Roderice innocentia
Opprimi si potest unquam, non tamen diu.
Tertio demum anno redii, interea temporis,
Quo apud inhumanos illos liberiùs agerem,
Simulque ut inimicos laterem rutiùs, Turcicum
indui habitum. (Raugiæ.
Linguam antea callebam quasi Turcus, vixi
Fa. Túne Turcus ut fueris? *Se.* Non Turcus, sed
quasi Turcus dico tibi.
Fa. At here *Se.* Here, stultissime?
Memento te nunc Rodericum esse; quod roges
scies postea. (*Se.* Pergo.
Fa. Imò tu quæso memento ut abstineas manus.
Ibi filium parvolum (sic enim dicam) quem tunc
habebam unicum (scio;
Alia ex uxore amissi; nec dum quid eo sit factum
Abreptum credidi; tuum. Fortunium hunc esse
assimulabimus. (sit nescio.
Quid respondes? *Fa.* Ego verò quid dicturus jam
Se. Nescis? quid putas nisi ad cœlũ tollentẽ manus
Se prædicaturum beatum & benedictum mihi
Cui in mentem venit, quique ultro obtuli
Quantum non ausus esset rogare beneficium?
Fa. An hæc dicturus sit here nescio, illud scio
Sensurum. *Se.* Quid? *Fa.* Te infrunitum hominem
& nihili.
Se. Quid ita? *Fa.* Rogas? siccine inimicos ulcesceris?
Quid aliud faceres, si servasset filiam quã perdidit?
Postremo inimicos tibi facies omnes homines,
Si pro maleficiis beneficia reddere cogites.

Se.

Se. Erras inepte, si me ita animatum putas.
Fa. Quorsum igitur hæc tam longa narratio?
Filium olim habui, tuus is habebitur, &——
Se. Nempe horsum Fanni, posiquam illum agnovi jam pro filio,
Jamque composita & sedata videbuntur omnia,
Tumultus hac nocte fiet.
Fa. Nondum putas tumultuatum satis? sed quid tum postea?
Se. Fortunius se à Magistratibus citatum arbitrabitur,
Hîcego palam pro eo stabo & defendam acriter,
Cur innocentem citent? cur meum? & alia hujusmodi;
Suadebo tamen clanculum (ut facile erit legum hospiti)
Magnum esse periculum ni se excusatum eat.
Quid multa? in carcerem ibit, ibique conficietur aliquâ.
Fa. Quid hac opus circuitione here? cur non potius
Rectà mittas in carcerem, cùm ipse patricius sis?
Se. Si ita facerem, in ore esset omni populo,
Me sustulisse juvenem: hâc autem quâ dixi viâ
Nulla cuiquam de me incidet suspitio. Tum & eos
Miseriores faciam, si prius fœlices fecero.
Fa. Acroamaticam fallaciam, ita me dii bene ament, here.
Se. Mirum tibi videtur forsan; at faxo mirabere magis

Si

Si perfecero quod nunc in animo eſt mihi.
Pulta igitur Roderici fores dum res calet. *Fa.* Quid jubes?
Multa nox eſt, ſatis turbarum eſt, cras hoc fiet rectiùs.
Se. At ego nunc volo.
Nam ſi poſſim effectum reddere quod nunc mecum cogito,
Priuſquàm Conſtantia redeat uxor mea domum,
Nemo me pol fortunatior eſt in tali præſertim infortunio.
Age igitur, pulta inquam; in mora periculum.
Fa. Aſt in feſtinatione præcipitium; hæc quæſo tecum recogites, here.
Se. Satis cogitatum eſt. *Fa.* At ſaltem. *Se.* Quid ſaltem?
Fa. Eamus per poſticum, quod Roderici cubiculis
Queis degit eſt propius. Tum fallor equidem,
Niſi tuſſientem aliquem non procul audiverim.
Sem. Cito igitur; nolo me aliquis ad Rodericum ingredientem ſentiat.

Exeunt in Angiportum.

ACT.

Act. IV. Scen. IV.

Balia ex ædibus *Granch.* *Granchio* ex ædibus *Rod.*

Ba. Mirum ni me tussis convellit, quæ totam hanc noctem
Insomnem habeo: tum autem
Me penitus reliquit scelestus ille Granchio.
Sed crepuere fores à Rodorico. Quid est?
Gr. Quàm dulce est desipere in loco? Rodericus metuit
Ne non sapiat in re tumultuosâ,
Ubi (meâ quidem sententiâ) sapere velle, desipere est.
Ba. Vmbe; Granchio est. *Gr.* O Balia,
Quorsum te nunc foras venefica?
Ba. Te quæro. Ecquid apportas boni? *Gr.* Me ipsum.
Ba. Id quidem si est, parum est. Sed quid ait Rodericus?
Gr. Dum illi suadeo quod velim, posticum pulsat aliquis, quare huc me proripio.
Cum illo me nunc versari clam esse addecet.
Ba. An consilium probat? *Gr.* Probat & non probat.
Fortunium liberatum cupit, sed Sempronium non vult

A nobis decipi. Te vero liquido esse animo jubeo.
Ba. Id quidem jam satis fui. Nam prope tota jam
Liquefacta sum in lachrymas. heu! ficcine adjuvas?
Gr. Oppignoro tibi hunc hominem Balia me edu-
sturum Fortunium.
Ba. Quid faciam pignore si fallis? *Gr.* Vel eneca
ni fecero. *Ba.* Sed quando efficies?
Gr. Jamjam, tu modò, quod pollicita es, heræ
tuæ occurre obviam.
Eam remorare si possis tres aut quatuor saltem
horulas,
Ne interveniat, interea transigentur omnia.
Ba. Utinam tam facilè exiret Fortunius, quam illa
Non intrabit facilè. *Gr.* Abi igitur ne perveniat.
Quo tu nunc is? *Ba.* Ut apparatum sumam.
Gr. Quem? *Ba.* Plumulas & larvale. *Gr. Waw,*
Quasi his opus sit tibi? *Ba.* Imo si causæ non
essent aliæ,
Quia rus fortasse itura sum. *Gr.* Quid ita?
Ba. Si Constantia nondum sit in viâ, efficiam
Ut in villa maneat; si sit (ut est matura nimis)
Ut divortatur aliquò. *G.* Festina igitur ne antever-
tat tibi. *Ba.* Faciam. *Exit ad ædes Granth.*

Act. IV. Scen. ult.

Granchio, solus.

Juventus ideo me Granchionem vocant,
Quia contra est animus mihi quã aliis omnibus;
Cui cum res cedunt pessimè tum cedunt optimè.
Hic nunc si esset alius, fortunam suam
Lamentaretur miserè, adeò infœliciter
Cecidisse hodie omnia, adeò incommodè.
Turbatæ mihi aquæ sapiunt plurimum.
Ego id gaudeo sedulo, nec enim esset aliter,
Virtutes ubi clarè ostendam meas.
Tum præterea tam scio quàm me esse nequissimum,
Exiturum hodiè Fortunium. Nunquam hoc fefellit caput,
Quin si quid imperavi effectum dedit.
Proinde etiam nunc lubet ante victoriam
Epinicia canere.

Post Can.

O dulcem pacem, sed quæ parta est prælio!
Qui mala nescit perpeti indignus est bonis.

Exit in ædes suas.

Actus V. Scena I.

Fantichius, Balia.

Fa. QUi nocti diem, tenebris lucem præferunt, ſtultè faciunt.
Ubi dies adeſt, curritur, diſcurritur, aliquid penſi agitur.
At ubi nox venit impune potare licet & jocari liberè. heigh.
Ba. Qui rectè faciunt, meâ quidem ſententiâ, ſoli ſapiunt.
Fa. Ah Balia eſt. *Ba.* Securè vitam vivunt, quod contrà fit malis.
Fa. Hercle timeo; ſubeſſe aliquid oportet, cùm res rediit ad ſententias.
Ba. Hoc nunc mihi—— *Fa.* Hoh. *Ba.* Quis eſt?
Fa. Ego ſum; Fantichius.
Ba. Tune es? Ubi noctem epotaſti carniſex? confictis denique
Nunc tandem redis excuſatiunculis. *Fa.* Hui, objurga porro.
Ba. Tu fabrè fabrum adduxiſti; nunc autem cum periit occaſio,
Te affers mendaciorum fabrum. *Fa.* Aha facetiſſimé.
Ba. Quin cum redierit hera. *Fa* Pendebit Balia. *Ba.* Imperium meum.
Fa. Ha, ha, he. *Ba.* Quàm flocci ſemper feceris, faciam ſciat.

Fa.

Fa. Anus suavis! Namque hæc tua pulchra erit accusatio.
Hera, ego dum tu abes, adolescentem cum filia concluſi tuâ:
Quem cùm emittere vellem ne tu resciſceres,
Fantichius hic fabrum accersere neglexit scelus.
Quam metuo ne ob hoc factum male vapulem?
Ba. Ah me! Miſerum eſt inſerte cum velis crimen alteri,
Ipſam cujuſvis esse conſciam criminis.
Fa. Tum sanè periimus ſi relaberis in ſententias.
Verum dic verbo, periimus annon periimus, Balia?
Ba. Periimus. *Fa.* Tum ego, quid faciam, ſcio.
Ba. Quid eſt?
Fa. Has nunquam introibo ædes. *Ba.* Nunquam?
Fa Planiſſimè.
Egon' ut virgas & flagra quæram ultro, dum licet fugere?
Ba. Quid igitur facies? *Fa.* Um, neſcio; at erit, quod faciam.
Ba. Dicam tibi. *Fa.* Quid? *Ba.* Granchionem adeas meo nomine,
Et ſi quid ille te in rem noſtram juſſerit facere, facias. *Fa.* Faciam?
Ba. Dicas etiam ut meminerit, Claritiæ ſpes in eo omnes ſitas.
Servet conſilio ſuo, quam ſuo perdidit. *Fa.* Dictum putes. (perduint,
Ba. Atque adeo dii illum omnes Granchionem
Artificem hujus & Architectum infortunii.
Fa. Vin' ut hoc dicam etiam? *Ba.* Oh mi puer, cave feceris;

Quin

Quin potius blandè alloquere; salutem nomina,
Licet nos miserè perdidit. O Balia, Balia, quid ages?
Quid nunc te fiet denique? *Fa.* Quid nisi longa litera?
Ba. Eheu, quâ facie in conspectum Constantiæ veniam?
Fa. Ego dicam; turpi, deformi, inhonestâ, postremo tuâ.
Ba. Ludis Mastigia, ludis in tantis malis? Quid restitas?
Fuge hinc in quam ocyus. *Fa.* Nihil lubentiùs quàm te fugio. } *Exit in ædes Granch.*
Ba. Me miserâ quæ dum Claritiæ inservire studeo,
Tot illam, & me, & familiam hanc impedivi malis,
Quæ si quiessem, eheu.

ACT. V. SCEN. II.

Fannius, Sempronius, à Rod. Balia.

Fa. IPso die festo Raugiæ? nam cur id tamdiu celabas, here?
Ba. Quos audio? *Fa.* Verebare, ne parum tibi esset honestum,
Quod Turcam simulaveras? *Se.* Id ipsum erat.
Ba. Herus est; hunc fugere certum, quò occepi ire, propero. } *Exit ad forum Bac.*
Fa. Sed numquid summo jure cum Fortunio agere?

Ut

Ut antea ſtatuiſti, nunc etiam certum manet?
Se. Non aliter fama Claritiæ erit integra;
Sed quid ille intus hæret? an progreditur foras?

Act. V. Scen. III.

Ex ædibus ſuis *Rodericus, Sempronius, Fannius,*

Ro. QUod dixti dudum, Sempronii, conſilium placet,
Et tuam qui inveneris, ſapientiam admiror ſimul.
Se. Annon dixi? *Fa.* Aſtutiam, ſi ſciret, diceret
Ro. Hoc enim pacto cum privignæ optimè conſulis,
Tum filium invenies, quem tibi ſore ſpondeo
Summè obſequentem, merito devinctum tuo. *Se.* Spero equidem fore.
Ro. Nam quod illi dicunt, qui ex nobis naſcuntur filii,
Genuiſti; non ego ut eſſem, tibi ſed ut eſſet voluptè.
Aluiſti; non auſus aliter; feræ tantundem faciunt.
Educaſti liberaliter; ni feciſtes, eſſet dedecori.
Hæredem inſtitues; officia ſic merentur mea.
Horum ille nihil quicquam, quod dicat, habet;
Nec ſi adeo haberet diceret. Captus eſt laqueo, ſe ultro impedit. *Sem.*

Se. Mitte ſuadere; me, ut faciam, monet ſatis
Fama Claritiæ; nam ſi unquam reſcitum fuerit
Hoc ita, utì eſt, eſſe; parco dicere——
Ro. Unicum eſt, quod dubito, Semproni, quî
perſuadere poſſies
Uxori, filium hunc eſſe tuum? quod ni feceris,
Nunquam illa illi filiam nuptum dabit.
Fa. Ha, ha, he, ut credit firmiter veras fore
nuptias?
Se. Aliud cura; quo velim verbis contende
modo,
Nullus erit dubitandi faxo relictus locus.
Ro. Da ergo ſcopum, vel uno verbulo; non alium
dixeris
Intelligentem eſſe magis aut magis cautum,
Aut qui tractare aſtu rem poſſit doctiùs. *Se.* Hercle credo tibi.
Fa. Ha, ha, he, ut etiam ſe cautum prædicat?
Se. Auſculta igitur. Adoleſcens hic quis ſit aut
ortus quibus,
Quando aut quo pacto tibi in manus venerit,
Ais præter te unum hîc ſcire neminem. *Ro.* Aio.
Se. Vide ergo:
Dicas à Turcâ quondam te abſtuliſſe Raugiæ.
Ro. O me! quod verbum audio? *Se.* Ecce quam
miratur? Pulchrè hunc inſtruxit Granchio.
Ro. Nequeo ſatis mirari. *Se.* Vide, hic cardo eſt
eorum fallaciæ,
Hoc nunc age obſecro; hoc vide ut ſis memor,
Memorare à Turcâ olim te ſuffuratum Raugiæ.
Audin'? *Ro.* Egó verò audio, & quod audiam,
ſtupeo.

Sine

Sine me. *Fa.* Euge homo intelligens. *Se.* Hunc ſtuporem
Fingit pergraphicè; quid eſt quod ſtupeas?
Ro. Rogas? quid vis dicam?
Se. Non vidi magis ſtupidum. Vin' dicam centies? Enecas.
Fanni quid ſtamus! aliam tentemus viam.
Ro. Iracundior videre, Semproni, præterquam te decet.
Vin' dicam Raugiæ me à Turca ſurripuiſſe? *Se.* Volo.
Ro. Teneo; proinde quandocunque, & ubicunque opus erit,
Rem omnem à principio verè narrabo & ordine
Ut illum abſtulerim; hoccine placere poteſt?
Fa. Quis hunc ſenem tam callidum putaret & malum? *Se.* Aberras uſque,
Mitte quid verum ſit, quid falſum, dic quod jubeo,
Olim à Turcâ te abſtuliſſe Raugiæ, tandem intelligis?
Annon etiam ne nunc quidem? *Ro.* Profectò non:
Quid enim intereſt dicam Raugiæ à Turca, an à Turca Raugiæ?
Nam utrinque huc redit, verè ut eloquar unde habuerim.
Fa. Hic homo quantum video, mendacium timet mendaciſſimus.
Se. Concede huc paululum; ſi modo facere poſſim ut capiat.

Verùm

Verúmne id sit an falsum, tu confidenter affere
Te Raugiæ à Turca abstulisse. *Fa.* Ha, ha, he.
Quanta his senibus garrulitas?
Nam quousque eadem? *Se.* Vel si sit usus jura etiã,
Ne metuas mentiri tantum ut eveniat boni.
Ro. Nil opus est ut mentiar; ibidem ubi autumas
Reverâ hunc surripui à Turcâ tum puerum.
Se. Adesdum Fanni. Audistin' unquam tam callidè consutos dolos, (prius,
Tam parvo tempore? Si hujus artes non sensissem
Dubii aliquod injecisset mihi aut molestiæ.
Ro. Quid illi sese in consilium sevocant? *Fa.* Verùm here,
Sinas illum pergere quò vult, non tuo te dimovebit loco.
Se. Faciam; ha, ha, he. Ain' tu à Turcâ te suffuratum Raugiæ?
Ro. Ita est. Verùm non te eo debet hoc impellere
Quominus animum de nuptiis; natus sit licet
Turcâ, jamdudum Turcicos mores exuit, aut potius nunquam habuit.
Abduxi enim quadrimum jam tum puerum.
Se. Hæccine me moveant? non muto sententiam
de nuptiis; (censuit.
Ro. Bene. *Fa.* Siquidem hic nunquam faciendas
Se. Tu tempus ipsum nosti; etiam tempus volo.
Ro. Si rectè numero vertente festo Raugiæ
Incipiet annus vicesimus, eo enim die abstuli. *Se.*
Eo ipso die? *Ro.* Ho.
Se. Audin' verò Fanni? *F.* Et miror hominis confidentiam & astutiam.

Ro. Eo ipſo die—— *Se.* Tu potes etiam modum quo raptus eſt eloqui?

Ro. Quippini? Via perquam facilis; ſed quid hiſce opus

Tam accuratè exquiſitis? *Fa.* Jam hærere incipit.

Se. Obſecro ne graveris dicere. *Ro.* Imò quod res eſt agamus potiùs.

Se. Nunc Granchione opus eſt: nunc hæſitat, quæſo dicito.

Ro. Si expetis tantopere, dicam. *Se.* Nunc fabulam incipit, hum, ha.

Ro. Dum agebam Raugiæ, ubi merces reponerem, conduxi nummo armarium. (cicus,

Ei armario in proximo habitabat mercator Tur-

Hujus (tum admodum puelli) pater. dum ſæpè commeo,

In puerum oculos conjeci ſemel atque etiam iterum.

Placuit, quo vidi ſæpius, eo magis. Tum neſcio quomodo

Viſus eſt me puer multum amare pueriliter;

Hinc illum amo, hinc illius me miſeret,

Hinc illum abſtrahere ſtatuo tam profanis moribus & ritibus.

Ne multis morer, opportunè ſeſe obtulit

Secretò tranſmittendi & occaſio & copia.

Non negligendum duxi; ſed mecum unà Venetias

Abduxi puerum: ab hâc fortunâ Fortunio nomen indidi.

Eduxi,

Eduxi, edocui, quæ ſcire æquum: deniq;
Cœpi pro filio habere, nec dum conſilii pœniter.
Se. Certè miram narraſti fabulam. *Fa.* Here quære ab illo nomen mercatoris etiam.
Se. Nomen iſtius Turcæ dicas quæſo ſi forte audieris.
Ro. Curioſus es, nec dum ſatis habes? *Fa.* En merum ſubterfugium.
Se. Negas audiſſe? *Ro.* Imò verò audivi & novi, nunc tamen excidit;
Anni abiere plurimi; tentabo nihilominus ſi poſſim recordarier.
Hum. *Se.* Ubi nunc eſt Granchio? *Ro.* Um. occurret
Spero: ſtudeo in hoc etiam obſequi. *Fa.* Here mitte nomen.
Senem hominem torquere adeò quæ lubido eſt tibi?
Ro. Hum: homo erat trium nominum, ſi unum modo poſſiem.
Se. Au, reliqua dic duo quæſo. *Ro.* Imò omnia perdidi. *Se.* Credo tibi.
Ro. Au, ſed ſi unum tenerem aliud ex alio emergeret.
Fa. Here ſi placet adjuvabimus. *Ro.* Imò perturbabis magis.
Se. Alaſco? *Ro.* Non. *Fa.* Beceanugi? *Ro.* Non. *Se.* Iſmael.
Fa. Zaruffa? *Se.* Itali? *Fa.* Barbaroſſa? *Se.* Selim? *Fa.* Muſphato?
Ro. Pænè dixiſti; verum non planè. *Fa.* Quàm miſerè hæret? pudet, piget.

Ro. Muſtapha, Muſtapha, ſic eſt, ſic eſt, ſic eſt, ha Muſtapha!
Non, non; Imò verò unum id quidem eſt, non primum tamen.
Fa. Nec ſecundum, nec tertium. *Ro.* St, quæro;
Nec enim minus deciès mercmonia commutavimus.
Fa. At nunc mendacia venditas, jam captor capietur.
Ro. Ha, ha, in memoriam regrediar, Abraino, Muſtapha, Vſuſtaſane.
Se. Deus bone! ah retine me, obſecro, Fanni; labaſco.
Ro. Quid rei eſt? *Se.* Emoriar gaudio. *Fa.* Conſide verò, here,
Dum redeat animus. *Ro.* Quid hoc rei ſit? *Se.* Ah Roderice——
En tibi Abramum illum, en ipeccatorem Turcicum!
Ro. Quid narras? *Se.* Me illum cujus abhaſeris filium.
Fa. Memineiſtin'? *Ro.* Inſenſile hoc & cæcũ caput,
Tam diu me non agnoſcere, quem tam bene noveram?
Jam tandem oculis uſor, & video & ſcio.
Verum vix oculis credo; nec enim fit veriſimile,
Te illum eſſe; erat tamen quàm ſimilis tui.
Fa. Imo ipſiſſimus eſt, Roderice, ne dubita. *Ro.* Quî fieri poteſt?
Fa. Cætera poſterius ſcibis; nunc hoc ſat habe,

Sempro-

Sempronium hunc quò tutiùs apud Turcas agerer
Coactum aliquando se etiam Turcam fingere,
Fuisse tamen eundem, quem nunc vides, Sempronium.
Se. Ita est, Roderice. *Ro.* O Semproni, credo tibi lubens.
Nec enim est cur cupias fallere;
Cúmq; tua causa gaudeam & mea, tum Fortunii maximè,
Quem cùm inveneris filium, haud sanè dubito,
Quin facies generum, eiq; eris geminus pater.
Se. Quid est, quod optem magis? Abi vero Fanni,
Jube huc actutum veniat: mihi enim nondum satis
Sunt confirmata genna. O insperatum gaudium!
Recipiam te iterum gnate? iterum te recipiam?
Postquam id jamdiu destiti rogare deum?
Quid stas lapis? *Fa.* Mirari curram lapis.
Se. Non accersis? *Fa.* Quâ accersam? conclusus est cubiculo.
Se. Hem tibi claves igitur. Clavem execrabilem,
Invidam, mea quæ nunc moratur gaudia.
Tum, tu, autem asine, sic demissis manibus
Stas, quasi nihil esset, quod ageres. *Fa.* Quid vis agam?
Se. Fores illas tunde, contunde quantum potes,
Confringe assulatim, vel in pulverem comminue
Fa. Hoc aliud est, curabo, fiet propere. *Se.* Eho Fanni,

Cape sis jam claves; abiit. verum est quod dici solet,
Moram plerunq; addit festinatio. O Roderice, vides
Quale meum jam sit & quantum gaudium.
Ro. Mihi quidem tantum est, tamq; inexpectato accidit,
Ut cùm vel maximè cupiam verbis proloqui
Tamen obmu escam. O quæ sat lingua suppetat?
Quanta Deus bone, quanta rerum mutatio!
Se. Præripuisti mihi verba, Roderice, & magis diceres,
Si scires, quam in te adornabam tragulam,
Et in filium tuum, vel potiùs in me & vitam meã,
O quam effugi miseriam? quam nactus sum lætitiam?
Quid dicam aliud nescio, nisi mihi videor,
Quasi ab infimis inferis, exiliisse ad superos.
At ego non possum perpeti hanc moram Fannii.
Eamus nunc intro, ut meum amplectar Fulvium.
Ro. Num Fulvius ei à te nomen inditum est prius?
Se. Sic. *Ro.* Imo memini. *Se.* Moraris me, ci ò, citò.
Ro. At aliquem huc advenientem sentio.
Se. Quid id tibi curæ est? eamus ad filium meum.
O nox quolibet die faustior!

(*Exeunt ad ædes Semp.*

ACT. V. SCEN. IV.

Erminia sola, à foro Dec.

OCcidi: ubi inveniam, aut ubi quæram Lucilium?
Effugi, sed me prehensum multo fuisset satius.
Excubitorum tela fugi, non tela Cupidinis;
Illa quanto vitavi, tanto hæc sauciavit magis.
Ah Lucili, nimis non amanter à te factum est & duriter,
Cùm me excubitores fugere jusseris;
Quorsum ego fugio, si Lucilius non sequitur?
Ar, ar, quid facerem misera? hinc subitos armorum strepitus,
Conscia mens, fœmineus animus, & Lucilii jussio
In fugam me infœlicem conjecere protinam.
Tum metus, cursitatio, tenebræ & viarũ ignoratio
Huc me egerunt tandem, & Lucilium subduxerunt mihi.
O dura sors fœminarum, acerba conditio!
Virgineum decus, pudor, pudicitia id effecerunt mihi,
Quod ferrum, ignis, mors ipsa non fecerit:
Me & Lucilium divisere. Ohime quid faciam misera?
Quid non revertor? quid non investigo Lucilium?
Imò infamiam, dedecus, quàm ipsum facilius inveniam.

At si reverti libeat in qua urbis regione dicam esse me?
In quâ platea? amor, timor, tenebræ, ignotæ viæ
Fecerunt, ut ubi sim nesciam. Quid ago?
Ubi semel erraveris, si gradum acceleres, erras longiùs.
Proin sistam hîc ego me, ut cum clariùs illuxerit, aliquem
Percontem, quid Lucilio factum sit; aut ut matrem fugiam. Ohime.

Act. V. Scen. V.

Vrsilia, à Sempr. *Erminia*.

Vr. ME miseram! tanta intus apud fratrem est lætitia,
Ille me neglectam habet, meas res flocci facit.
Ille filium invenit, ego filiam perdidi misera.
Atq; non levis ecastor pars est hujus infortunii;
Neq; illi meum flere damnum licet, neq, mihi illius gaudere gaudium.
Quid igitur? aliósne amicos adibo, quando fratri non vacat?
Quid faciam? ohime. *Er.* An non vox aliqua aures mihi pepulit?
Fœmina est; nihil periculi. Heus bona fœmina
Numquid Lucilium nosti? nunquid excubitores in hâc platea videris?

Vr. Quid

Vr. Quid audio? certe Erminiæ vox est. *Er.* Mater est, perii.

Vr. Pish, adolescens est; cogitata mea me ludunt, imponunt mihi.

Er. Non novit, salva sum. *Vr.* Heus adolescens, quid vis tibi?

Er. Simulabo ac si non noverim, hinc expiscabor aliquid.

Vr. Quid ais? *Er.* Quæro Lucilium adolescentem longe optimum.

Vr. Eumdem ego quæro adolescentem (ni fallor) longe pessimum.

Br. An tibi notus igitur Lucilius? *Vr.* Vix quidē.

Er. Quid ignoto & immerenti dicis malē?

Vr. Quia mihi de illo non minima suspicio est. *Er.* Quā de re?

Vr. De Erminiæ meæ cum illo fuga & nuptiis.

Er. Num quid eorum basia, colloquia, internuntia deprehenderis?

Vr. Non memini. *Er.* Unde igitur dicam te istiusmodi suspicarier?

Vr. Lucilii servolus annulum modo quæsitum venit

Pro meis foribus. *Er.* Hoc multis modis fieri potest.

Vr. Cum illo id noctis fuisse virginē dixit insuper.

Er. Quasi Erminia virgo sit sola in Florentiâ;

Hæccine te movent: *Vr.* Imò moverent magis,

Si Erminiam mortuam non meruerem. *Er.* Primùm Erminia mortua non est. Spondeo. *Vr.* Spondeas? *Er.* Me vide,

Vr. Quî scis? *Er.* Istuc postea, si Erminia nupta sit Lucilio,

Quid censeres? *Vr* Factum pessimè. *Er.* Quid ita?

Vr. Egon' ut facios ordines & cæremoniales omnes laserim?

Non faciam. *Er.* At Lucilii pater dives est.

Vr. Nos contemner magis. *Er.* At ille

Patrem conciliabit. *Vr.* Nolo meam filiam nubere precario.

Er. Inclementior es: finge hæc dicta nunc jam Erminiæ tuæ;

Annon illa te semper fugeret? *Vr.* Utinam jam dicerentur ei.

Er. Quid opus est? illa tuum animum novit. *Vr.* Unde? *Er.* Satis.

Si non, faciam ut noverit. *Vr.* An tu igitur nosti ubinam illa sit?

Er. Fortasse. *Vr.* Non negas? *Er.* Non nego. *Vr.* Ais? *Er.* Non aio tamen.

Vr. Quid hoc? at efficiam ut dicas planiùs.

Er. Quo pacto? *Vr.* Hoc pacto scilicet. *Er.* Quid me retines?

Quo me trahis? *Vr.* Ad fratrem meum Sempronium:

Is patricius est; ille te coget ut prodas quæ scis de Erminia. *Er.* Perii.

ACT. V. SCEN. VI.

Bargello, Lictores 4. Lucilius, Albertus à foro Dec. Ursilia, Erminia.

Ba. MUltis ego hanc Florentiam levavi malis maximis;
At nunquam prehendi homunciones noctu aut interdiu,
Queis plus inerat confidentiæ & fortasse periculi.
Nomen, patriam, unde sint, quò velint, obfirmatè reticent; agite.
Er. Quin mitte me. *Vr. Signor Capitano* adjuva me. *Ba.* Quis hic clamor est?
Er. Me missam face, jam non fugio; oh mi Lucili.
Lu. Erminia mea,
Ecquid salva es? Equidem non invideo summo Jovi.
Ba Quid tibi vis adolescens? Tune es ex istorum consortio?
Corripite, constringite hunc quoq;. *Lu.* Imò quæso, parcite.
Ur. Quid audio? Erminia mea? *Ah* inepta, imperita,
Impudica; hoccine te decet? quis hic ornatus?

Quis

Quis habitus? qui mores? siccine in sinum juvenis
Te ultro injicere, tot civibus, meq; ipsa inspectantibus?

Er. Quin mater hoc ipsum tute feceris amans adolescentula.

Vr. Egone? sine me modo? *Ba.* Quid te agitat Ursilia?
Non rixatum huc venimus, adimus Sempronium,
Si quid isti malè fecerint, ut quod illis dignum est, ferant.

Vr. Ego illum evocabo. tu hos rectè serves interea.

Al. Dum illa abit, *Signor Capitano*, mitte nos quæsumus.

Er. Quæso. *Lu.* Aurum quidvis tibi dabitur. *Ba.* Aurum mihi?
Hinc vos mitto minus. *Al.* Tu nos fures existimas?
Certè nihil minus, aliud nobis incumbit negotiũ.

Ba. Quis tu? dii boni monachus: salve monache.

Er. Ah Lucili. *Lu* Ah Erminia. *Al.* Ah *Signor Capitano.*

Ba. Frustra estis. ecce prodit ipse Sempronius.

ACT.

Actus V. Scena VII.

Sempronius ex ædibus *Semp. Rodericus*, *Fannius*, *Vrſilia* & iidem. *Granchio* ex ædibus *Semp.*

Se. NIsi hæc ſtultitia eſt tam ſolidum mihi gaudium irrumpere.

Ba. Semproni, ſalve plurimum. exegi hâc nocte facinus memorabile,

Quod tibi totiq, huic urbi admodum eſt conducibile.

Se. Quicquid eſt in pauca conſer, *Ba.* Ego in lecto quievi ut ſoleo.

Se. Egregium hoc quidem eſt facinus. *Ba.* Sine me. namq; ego ut

Vigilo dormiens, dum iſti officium faciunt ſtrenuè. *Se.* Citò, citò.

Ba. Hoſce ego jusſeram inuſitata urbis inſula excubias agere,

In illo ſcilicet angiportu, qui ducit ad monaſterium Sancti Franciſci.

Se. Quid inde? quî iſthuc? *Ba.* Sex aut ſeptem rationibus probabo tibi,

Excubiarum loca mutare invicem eſſe urbi ſaluti-ferum.

Se. Omitte rationes; breviter agas, breviter. *Ba.* Hâc ratione

Iſti

Isti in commilitones meos incidunt: sistitur,
Certatur, pugnatur, cæditur, vincitur, deditur, ad
te itur;
Vin' brevius? *Se.* Nunc places; at quid tu hos
mihi?
Præsertim tam diluculo? *Ba.* Quasi tibi non esse
Potestas patricia? tum hoc jam modò inaudive-
ram,
Fures hâc nocte molestiam & damnum creasse tibi.
Quidni isti illi sint? *Se.* Quid ais? produc, prosti
illos mihi.
Vr. Sunt fures ecastor; at quàm tu censes capi'ales
magis.
Se. Tace, quæso, mea soror. *Ba.* Imò puduisse o-
portuit prius: agite.
Ro. O superi! Lucilius meus. *Vr.* Erminia mea.
Se. Hic nebulo cujus?
Ro. Hæccine tua, Lucili, Siennam profectio? sic-
cine me habes ludibrio?
Infœlicẽ patrẽ! *Se.* Contine te quæso Roderice mi:
Rem omnem scies illico. Lucili, quæ re huc egit in-
temperies?
Lu. Illa, quam si semel dixero, me excusatum fa-
cio. *Se.* Quænam ea?
Lu. Amor. *Ro.* O imprudens! *Lu.* Fateor id quidẽ
mi pater.
Ro. Mi pater? *Se.* Næ sævi, Roderice Amor cujus?
Lu. Erminiæ.
Vr. Tune meam filiam amare audes me inscià?
Jam pridẽ destinatã castitati simul & sanctimoniæ?
Se. Nulla fœmina silere novit; tace quæso Ursilia.

At

At quid contra jus & fas hanc surripuisti clanculum?

Lu. Quia nulla supererat alia potiundi via.

Se. At isthoc non decet. *Lu.* Fateor id quoque: Verum quod non decet, sæpe homini amanti facto opus est.

Se. Ne dixeris. *Ro.* Vide etiam impudentiam. *Se.* Sine.

Quare non exorabas Utiliam? *Lu.* Tempus deerat, tum id quoque visum est mihi,

Utiliam in hanc adeo se immisi cuisse rem monasticam,

Ut inde pedem referre non potuerit commode.

Se. At quid patrem celabas amores tuos? Vir prudens atque amans tui,

Ille tibi indulsisset has nuptias filio pæne unico.

Ro. Egone? ut filius meus tam pauperculam? *Se.* Pauperculam?

Roderice, noli nos tam nihili facere; noli hanc gratiam

Inter nos & amicitiam tam cito corrumpere.

Hæ nuptiæ sexcentas tibi commoditates dabunt.

Se. Nolo ego commoditates quæ ferunt incommodum.

Ur. Apage te. Affinitas nostra quid habet incommodi?

Ro. Hoc unum; Dos deest. *Se.* Non deest; at si parum est, à me dabitur.

Multis nominibus mihi charus es, Roderice. *Ro.* Quantum dabis?

Se. Bis mille aureos. *Ro.* Vbum, *un*, parum est, accipio tamen. *Lu.*

Lu. O lepidem ſenem! *Ro.* At tu Lucili. *Se.* Mitte jurgia.
Ur. Quid nunc agis mi frater? *Se.* Tuam rem. *Ur.* Quidſi *Se.* Mitte hoc quid ſi.
Intoite omnes, de his intus tranſigetur reſtius.
Ba. Semproni, ad hos quæſo vulneratos reſpice. *Se.* Fiet.
Tu *Sr.* *Capitano*, ad nos concedas interea. *Ba.* Ac lubens;
Comilitones voſmet curate, diſcedite.
Se. Tu etiam monache, nuptias conficias hodiè;
Si quid peccaſti, ſaxo Abbas tuus ignoret aut ignoſcat.
Al. Gratias. *Se.* At ubi eſt Fannius? evocate Fannium mihi.
Cupio hunc diem cunctis hilarem & lætabilem dare. } *Intrat Fann. a Semp.*
Fa. Quid vis tibi here? *Se.* Quid tu in ædibus? quare non aſtas mihi?
Fa Conſtantia hera jā nunc rediit, illa me detinuit.
Se. Quomodo? *Fa.* Per poſticum intravit atque illi dixi omnia.
Se. Quid illa? *Fa.* Nuptias inter Claritiam
Et tuum filium hodie peragendas expetit. *Gr.* Quid hoc?
Lu. O fauſtum Diem! *Se.* Atque quorſum te evocavi foras,
Id agas Fanni, Granchionem, Baliam, Fantichium exquiras, accerſi volo.
Illos etiam lætari æquum eſt in tam celebri lætitiâ.
Namque illis hercle debetur aliqua pars Fulvii mei.

Fa.

Fa. Balia ut exquiram nil opus est. Illa intus est etiam.

Se. Quî id factum est? *Fa.* Nescio, sed rediit cum Constantia, mille nectens dolos

Et miras fingens fabulas de Fulvio tuo & Claritia.

Se. An quicquam Constantiæ persuaserat audax illa & mala?

Fa. Nihil; nam pœnas datura erat, nisi ego adfuissem orabor ei.

Se. Optimè; eamus intrò; tu autem exquire Granchionem & puerum.

Exeunt S.R.V.L.E. Barg in ædes Semp. vigiles ad forum Dec.

Act. V. Scen. VIII.

Albertus, Granchio, Fannius, Fantichius, ex ædibus *Granch.*

Al. EGo hoc curabo tibi. Eum ipsũ nunc adeo,
Ut aliquem mittat, qui mihi rogam afferat.

Fan. Amo te.

Nam decem homines quærere mavelim, quam hunc unum Granchionem.

Gr. At ne unum facilius invenias; ecce me tibi.

Fan. Quod malum est, nunquam procul habemus. *Al.* Mi Germane

Quid agitur? *Gr.* Nescio. *Fant.* Quid hoc est quod apportas boni?

Fa.

Fa. Tace puer; lusisti nos egregiè Granchio.
Gr. Mitte isthæc; quid agit Fortunius? *Fan.* Nescis? *Gr.* Nescio.
Fa. Tùne? *Gr.* Ego nunc sum ut vulgus hominum esse assolet.
Res Lucilii cognovi pænè satis, quæ nihil ad me attinent;
At quæ me spectant, non novi res Fortunii.
Fa. Longa est historia. *Gr.* At dic uno saltem verbulo.
Fa. Inventus est herilis filius. *Gr.* O technæ meæ, ha,ha,he.
Fa. Technæ tuæ? quid factum est technis tuis?
Gr. Nihil, sed ego in causa fui, ut Fortunius inventus sit
Herilis tibi filius. *Fa.* Nihil minus; technæ quas tu ornabas,
Nobis detectæ erant; sic sors tulit,
Ut Fortunio nomen sit Fulvio, qui Sempronio periit,
Dum exul degerat inter Turcas Raugiæ.
Gr. Verumne dicis hercle seriò? *Fa.* Hercle, seriò.
Gr. Tum ego quidem ob istoc doleo. Ego pol miserrimus omnium.
Egon' ut fortunæ aliquid debeam & sorti & casui?
Vah, piget! sic stultis prudentes esse licet.
Al. Mi germane quid agitur? Tu nihil ut fortunæ debeas?
Frustra es si velis fortunæ volumina pervertere astutiâ tuâ.

Fa.

Fa. Quid hero renuntiem? Veniſne ad nos annon Granchio?

Gr. Abi tu. *Fa.* Abeo, heus Fantichi. *Fant.* Ego Granchionem præſtolabor.

Nam vix confido tibi. *Al.* Quid vis tibi mi fratercule?

Gr. Rogas? Siccine fortunam mihi gloriæ palmam præripere?

Quicquid actum eſt hodie, dum retro ceſſit,

Proceſſit, quaſi Cancer ſolet; eccè ſors

Uno ictu miſcet omnia. *Al.* O Granchio, Granchio,

Ten' hac ætate, ita ſallaciis te totum dare?

Ita in taberna potare, & juvenes corrumpere?

Unicum te fratrem habeo ſuperſtitem vitæ meæ ſolatium;

Et tu his factis me excrucias miſerum?

Gr. Quàm ſanctè? ha, ha, he. Verum hercle dicis Germane mi, & puder tandem.

At nullón' ego pacto expiare poſſum ſcelus?

Fant. Egregii ſunt iſti nebulones. *Al.* Imo; at tantum unico,

Gr. Quo? *Al.* Monachus ſi fieres. *Gr.* Ha, ha, he, Granchio monachus?

Fant. Tum certè ſit Balia monacha. *Gr.* Placet hercle

Conſilium; at unicum eſt quod excepto priùs.

Nempe ut tu evadas probior, quod unicâ tantum viâ

Præſtare poſſe autumo.

Al. Quâ? *Gr.* Ego Monachus dum ſim, ut tu ſias Granchio. *Al.*

Al. Committamus dextras, age si quis Alber nequior, esto Granchio.

Gr. Si quis Granchione, Albertus erit, ne dubites.

Fant. Rectè quidem; nam hi duo sunt omnium quos novi nequissimi.

Al. Hum fateor, hoc tamen interest mi Granchio, Omnes me pro nequitiis meis laudare, & omnia bona dicere.

Diris vero te pro fallaciis tuis devovere solent.

Actus V. Scena Vlt.

Corbus à foro Dec. *Alber. Granch. Fantichius.*

Cor. O Herus meus, herus meus, herus meus, Dii omnes illum deæque Albertum perduint, illum sacrilegum,

Impostorem, veneficum. *Gr.* Hæccine bona quæ prædicat?

Al. Hic truncus est; non novit bona dicere.

At hercle bona præ illis, quæ de te dici poterant meritò.

Heus Corbe, quæ hæc clamatio est? quid vis tibi?

Co. O Alberte herus meus, herus meus, herus meus, o hime, oh, oh.

Al. Quid herus tuus? *Co.* Illum per totam hanc urbem

Quæsivi

Quæsivi, nec invenio. *Al.* Quid tu igitur?
Aut ubi deli tuisti tam diu? *Co.* Ubi herum non invenio,
In plureo sutrino somno operam do, ne me vigiles caperent.
Gr. Cautè quidem. *Co.* Utinam tam cautus fuisset herus,
Nam illum excubitores cepisse audiò. ô herus meus.
Al. Tace sis, asine, lætus est, & Erminiam ducit hodie.
Co. Ducit? tum heram habebo etiam; ha, ha, he.
Al. Quid cessemus Granchio?
Eamus ad Sempronium. *Gr.* Certè pudet, piget, dolet.
Al. Tu mœstus ut sis in tam communi omnium gaudio?
Solitudo in aliorum lætitia molestâ est,
Et magis indecens. *Gr.* Visne igitur ut introeam?
Al. Volo. *Gr.* Age, germani gratiâ eo. *Fant.* Optimè,
Nam ego vos manebam hic. *Co.* At quid me fiet?
Al. Tu Corbe, fac Toga à diversorio deferatur huc mihi.
Co. Fiet sedulò. *Al.* Ar priùs bonam noctem precare
Spectatoribus. *Cor.* Egon' id ut faciam?
Heus puer, pauca viris hisce optimis dicerem,
Quæ vero sunt non memini, tu dicas obsecro.

Fan.

Fant. Igitur quo ceperas. } *Exeunt Granchio, Alb.*
Peracta tandem est (vos ô } *ad ædes Semp.*
Florentiæ literati cives) } *Corbus exit ad forum*
Granchionis fabula, cujus } *Decan.*
astutiâ regrediendo
Semper progressum fecerit: Idem & actores miseri
Se facere nunc posse autumant: Ad favorem ve-
strum
Recurrunt denuo; ita regredi est progredi, tan-
tum est

Plaudite.

FINIS.

PARIA.

Acta coram sereniss. Rege

CAROLO:

Authore THO. VINCENT,
Trin. Colleg. Socio.

LONDINI,
Typis *R. C.* sumptibus *Andr. Crooke,*
1648.

Dramatis personæ.

Tiberius	*Senex Patavinus.*
Astræa, Flavia	*Tiberii filiæ.*
Lidonia	*Vidua Anconensis.*
Archaicus, Fulvius *seu* Fulgentius.	*filii Lidoniæ.*
Lesbia	*Exoleta Passercula.*
Petruccius	*Miles famelicus.*
Eleazer	*Iudæus vestimentorum institor & mango.*
Nicolaus	*Philosophaster Archaici curator*
Jodocus	*Caupo.*
Babyla	*Hospita uxor Iodoci.*
Phrygio	*Servus Archaici.*
Asillio	*Servus Tiberii.*
Brilla	*Puer Lesbiæ.*
Misis	*Ancilla.*

Quorum fit mentio.

Antonius	*Anconensis nobilis, pater Archaici & Fulvii.*
Ludovicus	*Avus Archaici & Fulvii.*
Fabricius, Flaminius, Gerardus, Jacobus, Laberio	*Mercatores.*

Argu-

Argument.

LIdonia *a Lady of* Ancona *had two twin borne ſonnes,* Archaicus *and* Fulvius, *whereof the one was loſt in his infancy, being ſtoln away by a Iew and ſold to* Laberio *a merchant of* Millaine, *who living ſingle brought him up as his owne child, dyed and left him his heire. The mother thinking by her care over him that was left to make up the loſſe of* Fulgentius, *provided a Tutor for* Archaicus (*one* Nicolas) *a pedanticall philoſophaſter, and ſent him to* Padua *to ſtudy the Arts.* Archaicus *converſing there, lights into the houſe of* Tiberius, *a wealthy merchant, which hath two faire daughters* Aſtræa *and* Flavia. *The elder,* Aſtræa, *falls inamoured on him, and he on her.* Flavia *though frequented of many Suitors, ſleights them all for his ſake, and makes love to him, which hee may not accept, being engaged to* Aſtræa. *One of* Flavia's *well-willers meeting him on a night, draws on him (taking him to be his rivall)* Archaicus *in the skirmiſh wounds him; the young mans friends complaine to the Magiſtrate,* Archaicus *is faine to flye, but promiſeth* Aſtræa *to returne home within 3. months; home he comes to* Acona, *where hearing no news of the yong mans recovery, he outſtays his time; grows withall ſo melancholy and love-ſick, that he may not indure any company, but forſakes his mother and walks abroad dejected; the old gentlewoman is ſuſpicious that the Univerſitie hath corrupted him. Thus much præſuppoſed and expreſſed in the narrations of the firſt and fifth Acts.*

The Argument of the Scenes.

Act. I. Scen. I. Lidonia *laments the losse of her children and husband, accounting* Archaicus *whom she takes to be debaucht, in worse case then* Fulgentius, *which was stolne the same day that his fathers funeralls were kept: sends* Phrygio *for the Pedante.*

Scen. II. *She expostulates with* Nicolas *concerning her sons behaviour, he makes shifts and excuses, meantime* Archaicus *enters, but seeing his mother flyes backe, she goes home.*

Scen. III. *When she's gone enter again* Archaicus, *and to him* Phrygio, *who tells him how his mother is affected: he begins the narration of his love to* Astræa, *and the other occurrences which happened at* Padua, Phrygio *tells him the sisters are both come to* Ancona.

Scen. IV. Flavia *enters,* Archaicus *sends* Phrygio *to looke for* Astræa, *himselfe avoyds her company, she meets with* Babila *the hostesse, and takes up lodging at her house.*

Scen. V. *Enter* Petruccius, Babila *stayes to importune him for money which he owes her, he tells her he is to marry* Lidonia, *and that* Nicolas *will winne her for him, whereupon she takes occasion to gull him afterwards.*

Scen. VI. Fulgentius *enters, who calls himself* Fulvius, *seeks for lodging,* Petruccius *meaning to* Sharke *upon him puts him into* Babilaes, *espies* Tiberios

Tiberius, *will trye if he can perſwade him thither.*

Scen. VII. Tiberius *ſends his man* Aſellio *to the ſhip to fetch his carriage himſelfe, reſolves to go to his friend* Fabricius: *while the Captain talks with him,* Fulvius *comes forth, goes to gather up ſome debts due to him in the City.*

Scen. VIII. *The Captain would draw him back to the Inne, he will not be perſwaded, upon mention made of* Flavia *he goes in to ſee what he can wring out of her.*

Scen. IX. Fulvius *wonders to be ſo familiarly ſaluted by* Flavia, *and called by the name of* Archaicus (*whoſe like he is in all parts, ſave that by a fall in the fire, when he was yong he got a marke in the hollow of his left hand, whereby his mother knowes him at the laſt*) *he likes the gentlewoman well.*

Scen. X. Aſellio *enters with his burthen, having loſt, but not yet miſt his cloake: enters* Brilla *with love-letters from* Lesbia *a wanton Lady to* Archaicus, *which he loſes upon the ſtage, he perſwades* Aſellio *that the Jew hath ſtoln his cloake; the Iew is a Broker and thinks he comes to buy one, they quarrell and fight,* Jodocus *the hoſte parts them.*

Act. II.

Scen. I. Fulvius *returns, having no moneyes, meets* Aſtrea, *ſhe ſalutes him by the name of* Archaicus, *hee ſlights, and leaves her in paſſion.*

Scen. II. *Enter* Lesbia, *entertaines* Astræa, *whom she takes to bee a boy, sends* Bril'a *for* Babila.

Scen. III. Lesbia *agrees with* Babila *to help her to a nights lodging with* Petruccius, Babila *borrows her boy* Brilla.

Scen. IV. Babila *and* Brilla *conspire to abuse the Pedante, the Iew and the Captain, the Pedante comes first in, and shewes himselfe enamoured with* Lesbia, Babila *promises to procure her for him, but tells him hee must come in the Iewes habit.*

Scen. V. Petruccius *enters,* Babila *promises to help him to* Lidonia, *but will have him come like the Pedante, whose cloathes shee will procure for him.*

Scen. VI. Babila *sends for* Eleazer, *tells him that there are writs out for him, for beating a stranger (*Asellio*) promises to hide him at her house, but will borrow his cloathes, and lend him the Captains.*

Scen. VII. Tiberius *enters, having lost his purse, inquires for his daughters,* Babila *and* Brilla *put him off.* (Exit.

Scen. VIII. *Enter* Lidonia, *meets with* Fulvius, *takes him for* Archaicus, *he understands her not, she renounceth him.*

Scen. IX. Flavia *calls* Fulvius *backe from the window; as he goes to her,* Astræa *enters and recalls him; upon her talke, he supposeth both to be whores, and they mean to gull him, he rejects her, she enraged offers to stab him.*

ACT.

Act. III.

Scen. I. Tiberius *enquires for his daughter, the hoste denies her ſtiffly.*

Scen. II. Brilla *enters with the Iewes habit, puts off* Tiberius, *puts on the Iews coat, and acts the Broker, eſpies* Nicolas *and is comming to him.*

Scen. III. Brilla *gives* Nicolas *the Iews habit, and takes his.*

Scen. IV. Brilla *puts on the Pedante's habit, enter* Aſellio, *his maſter having put a duckate in his hand to ſpend at the Inne, and ſpie if he can ſee Flavia in the houſe, the boy takes upon him to be a Magitian, the foole inquires for his cloak, he coſens him of his duckat, but wiſheth to ſtay a while and promiſeth to let him drink it out.*

Scen. V. Brilla *is gone to the Captaine with the Pedante's habit,* Aſellio *ſtayes for him.*

Scen. VI. Brilla *returns with the Captaines coat and ſword, carryes the Foole with him to the Taverne, the three diſguiſers are furniſhed each with others cloaths.*

Scen. VII. Aſtræa *enters in paſſion, having found* Lesbia's *letter to* Archaicus.

Scen. VIII. Archaicus *enters, ſhe forbids him her preſence, he counterfits mad, ſhe begins to pity him.*

Scen. IX. *The Pedante comes in the Iewes habit, ſees* Aſtræa *and his pupill in his mad fit, dares not ſhew his face leſt his knavery ſhould appear, the*

mad man beats him, Brilla *opens for him and ſhuts again, at laſt lets him in.*

Scen. X. Aſtræa *is ready to kill her ſelfe, the Iew comes out of* Babila's *houſe in the Captains habit, having forgot to lock his doores, ſhe takes away his ſword.*

Scen. XI. Petruccius *enters in the Pedants habit,* Aſtræa *takes him for* Nicolas.

Scen. XII. Brilla *abuſeth, and lets him in.*

Scen. XIII. *The Iew returns,* Brilla *abuſes, and lets him in.*

Scen. XIV. Aſellio *comes forth drunk, having ſpied* Flavia.

Scen. XV. Brilla *a watch word from* Babila *cryes out theeves, the diſguiſers come and fall out for their cloaths,* Brilla *and* Babila *laugh at them.*

Act. IV.

Scen. I. Fulvius *enters early in the morning, ſings a valedictory ſong at* Flavia's *window, meaning to try how ſhe would take his departure.*

Scen. II. & III. Flavia *comes downe, and being not able to perſwade him to ſtay falls into paſſion, and ſwounds,* Brilla *and* Babilla *recover her.*

Scen. IV. Tiberius *enters, ſhe faints again, he forgives and cheriſheth her.*

Scen. V. Brilla *reſolves to returne home, meets with* Nicolas *who is now going to woe his* Lesbia; Brilla *having firſt abuſed him, goes to make way for him.*

Scen.

Scen. VI. *Enter* Fulvius, Nicolas *takes him for* Archaicus, *and chides him for his mad pranks.*

Scen. VII. *Enter* Tiberius, *will not promise his daughter to* Fulvius, *but goes in with him to see her.*

Scen. *Asellio meets the mad man and admires his wisedome, the mad man likes his good nature, at last beats him away.*

Scen. IX. Archaicus *meets with* Astræa, *is reconciled unto her.*

Act. V.

Scen. I. BAbila *perswades* Tiberius *to marry his daughter to* Fulvius, *he refuseth, yet sends him into her.*

Scen. II. Asellio *hath found his cloak.*

Scen. III. *Enter* Archaicus *with* Astrea, Tiberius *chides his daughter,* Archaicus *is earnest in her defence.*

Fulvius *quarrells with* Archaicus, *is pacified,* Tiberius *gives them his daughters,* Flavia *makes love to* Archaicus, *is taken off by her father, and given to* Fulvius, Lidonia *is sent for.*

Scen. V. Lidonia *knowes not one from the other, gives consent that* Archaicus *shall marry* Astræa, *suspects that* Fulvius *may be her sonne* Fulgentius, *knowes by a fire mark in his left hand;* Fulvius *tells how he was sold to* Laberio *by a Iew;* Lidonia *tells how he was lost at his fathers funerall, the Iew is cald.*

Scen. VI. *The Iew confesseth to have stollen and sold* Fulgentius.

Scen. VII. *Enter* Nicolas *having obtained* Lesbia, *knows not his pupill from the other,* Tiberius *woues and obtains* Lidonia, *the musicke sent for.*

Scen. VIII. Asellio *is sent for his masters stuffe, the Iew is censured to eat porke at the wedding feast.*

The Musick (*Lidonia's* private servants).

Epilogus.

Prolo-

Prologus limacem in manu gerens & contrectans.

EXi foras tardigrada, domiporta, lutea telluris filia:
Relinque fragilem casam ventri repa, pigra testicola.
Ecce cornu sinistram exerit, & excerrahit & recondit capite.
Bene est, dextram protrudit modo, quid hæres limus? quid cunctaris languida?
Caput ecce jam: quo nunc fugitiva? quo teipsam recipis?
Ecquis adest? ecquis audit? ecquis mecum est nugarum particeps?
Spectatores,
SAlvete plurimum, atq; hanc aspicite;
Hujus exemplo hodiernæ sortem vobis exhibeo fabulæ.
Torpet, languet, prodire timet, & tamen gestit misere;
Veller, nollet iterum, auder, dubitat, erubescit invicem:
Vesti, fuiq: conscia quid agat? exeat?
Si jubens faciet, sed lucem metuit censuris impar gravibus.
Favete linguis,

Ad Regem Carolum.

TU magnum orbis orbe ſejuncti decus,
Invicte, potens Carole, Martis fili, Muſarum parer.
Cui, lento licet gradu, noſtra feſtinat placere fabula,
Repentem modo vermiculum aſpectu ſi digneris tuo,
Alas conſeſtim ſumet, & ſublimi feretur æthere.

Argumentum.

Spectatores,
SIlentium facite, & ſyllabatim quæ dicam capite,
*A*pex ſi exciderit fruſta & vos ſpectando eritis,
Et nos agendo. *Archaicus* noſter (*Anconenſis* is eſt adoleſcentulus)
Imperabat modo hæc ut proloquerer, unde reliqua
Vobis plana fiant & facilia. ſi tempus fineret, ipſus expediſſet fabulam.
Mea nunc ad id uti decrevit opera. Is è Patavio,
Ubi literis navabat operam, quarto abhinc menſe profugit clanculum.
Cauſa hæc fuit. Tiberii cujuſdam opulenti ſenis ambiebat filiam

Major em-

Majorem natu Astræam. (sunt enim Silicernio geminæ)
Et virgo illum amabat invicem. Quóq; intelligatis melius
Quam bellus fuerit, puella illũ deperibat altera:
Cui Flaviæ nomen dedit, is qui hanc fecit fabulam.
Flaviam quotquot illic adolescentuli cupiebant conjugem,
Rivalem putabant hunc suum, atq; immerentem oderant.
Unus dum à cœna claro quodam rediret vespere
Ferro appetiit in angiportu factum forte obviam.
Noster vitam dum defenderet, saucia vit hominẽ.
Ad magistratum delata res est, is fecit fugam,
Qui nunc amore elanguescit miser, suorum aspectũ fugiens,
Solitarie diem & noctem transigens, & inquietus ambulans.
Mater (ut mos est fœminis) finistre interpretatur omnia,
Ea quæ mox aderit. valere vos jubeo, & festive agere.

PAR.

PARIA.

Actus primus.

Lidonia, Phrygio.

SI qua uſpiam ſit miſella aut infortunata fœmina,
Quam odiis exercent perpetim immites ſuperi;
Illa ipſamet hic aſto; mulier infœlix vidua,
Filiis orbata, dies noctesq; ſolitaria.
Quam meritò ſemper metui tranquillum mare?
Iſtasq; perfidæ fortunæ blanditias ſuſpectas habui?
Nam primo conjugem (ah dulcem mihi aſſignatam cœlites,
Ex illo dein, quales ipſa cupiebam, gemellos pueros

Tam

Tam ſimiles quam Ledæ ova perhibentur invicẽ,
Blandos, ſuaves, formoſos, compactos affabre,
Unicum futuros olim ſenii ſol.men mei.
Non caſu loquor, aperte id promittebat infantium indoles.
Phr. Certe venuſtiores nunquam me vidiſſe memini.
Lid. Etiam eouſq; fœlices fuimus, donec uterq; parvulus
Domum huc illuc pereptare, & infirmam parietis ope
Suſtentans molem, pedum officio fungi dedicerat,
Patriſque etiam & matris inchoata tentabat nomina.
Sed (date juſtis ſuperi querelis veniam)
Nemo perfecte fœlix, qui brevi futurus eſt miſer.
Primum *Antonii* fatum noſtram funeſtavit familiam,
Antonii conjugis inquam, nullis non digni lachrymis.
Phr. Ah quid dolorem revocas fugientem hera?
Lid. Hujus dum ornando ora vacarem funeri, fata, proh, dura nimium
Ut prolem geminam pari penſarent infortunio,
Vix dum ſepulto patre, de filiis abſtulerunt alteruna,
Qui quidem (neſcio quo fato functus) poſt illa non comparuit
Phr. At ſupereſt adhuc ejus, qui damnum eleveţ.

Lid.

Lid. Archaicum dicis? aih me! magis illum periisse quam fratrem puto.
Nam ille nondum vitii venenum hauserat,
Neque adhuc erat peritus satis, ut esset malus,
Cum hinc evanuit: hic autem, licet a me semper dilectus intime,
Etiam Patavii liberaliter educatus, idque impensa non mediocri,
Hoc tantum progressus fecit, ut pejor siet.
Verum hæc non tibi, sed illi dicenda sunt potius,
Cujus ego curæ mandavi filium. Intro abi,
Et magistrum huc ad me Nicolaum confestim evoca.
Dicas me deambulatum prodiisse, atque illum præstolari foris.
Faciam ut ei aures audiendo tinniant,
Qui commissum fidei suæ adolescentem nimia corrupit incuria.

ACT. I. SCEN. II.

Lidonia, Nicolaus.

Lid. MAgister Nicolae. *Nic.* Præsto sum domina.
Nisi plus te amarem quam ipsam philosophiam,
Non descendissem hodie. *Lid.* Age dum, una deambulemus.
Nic. Tecum lubentius quam in Lycæo, domina; profecto sapis.

Salubris

Salubris admodum est hæc deambulatio πρὸς τὸ μὴ ὑπνολαζειν, ut recte Philosophus.

Lid. Quin tu quid ego dicam attendas. Filium meum

Cum tibi instruendum dedi, putabam viro gravi, temperanti, sobrio

Tradidisse. *Nic.* Recte sodes, neque te fefellit judicium.

Lid. A quo artes omnes edisceret, atque illam præcipue vivendi optimam.

Nic Et sane didicit, fac periculum in linguis, fac in Logica,

Fac in Philosophia, fac per totam encyclopædiam denique.

Lid. Cum Patavium abhinc mis putavi me non in ganeum

Abjecisse. *Nic.* Non, non, nunc erras domina, sed in Academiam.

Lid. Isthoc inquam putabam. *Nic.* Putabas? imo ut certo scias,

Probabo hic statim syllogismo scientifico. *Lid.* Syllogismos ego non moror,

Res ipsa probat contrarium. *Nic.* Domina

Si non moraris Syllogismum scientificũ misera es;

Hæc est ignorantia pravæ dispositionis. *Lid.* Dixin' ego

Artes illum non edidicisse? imo plus satis didicit

Maleficas illas potandi, scortandique: sic tu adolescentulos

Instituis?

Instituis? sic doces? atqui ego meum utinam in præcipitium
Deduxissem potius, quam tibi corrumpendum darem.
Nic. Egon' ut corruperim? omnis corruptio est à contrario,
Ego non sum contrarius filio tuo, ergo: respondes Domina.
Lid. Tu inquam corrupisti. *Nic.* Phy, phy, phy, negas conclusionem Domina?
Lid. Cui ego illum mandavi? non tibi? *Nic.* Imo mihi.
Lid. Cur itaque pejorem reddis quam acceperis?
Nic. Negatur suppositio: longe meliorem reddidi.
Lid. Ego tibi modestum, morigerum, pudicum dedi,
Domi perdiu sedebat, legebat, meditabatur aliquid.
Noctu nunquam in alieno cubabat lectulo.
Talem à me Archaicum accepisti, redde jam depositum,
Et fidem libera. *Nic.* Nunquid alium ego reduxi præter Archaicum?
Lid. Alium? imo alium, siquid malus à bono differat,
Vinosus à temperanti, lascivus à sedato juvene.
Nic. Differunt ut contraria, id est quantum possunt sub eodem genere.

Verum

Verum obſecro ſic tu de Archaico perſuaſa es?
Lid. Si quid aliud eſſet, domi ſe contineret, ſuorum conſortio
Non abſtineret, aſpectum meum non perhorreſceret.
Nic. Video tandem Domina quid te deceperit.
Lid. Utinam decepta ſim:
Quid obſecro? *Nic.* Fallacia quædam à non cauſa tanquam à cauſa.
Quod aſpectu tetrico utatur, quod affectet ſolitudinem,
Quod foris plus verſetur, quam in ædibus, hæc, tu illum autumas
Mali alicujus conſortii, vel meretricum cauſa facere,
Vel quod luxuriæ ſit, & vino deditus. *Lid.* Utinam tu aliam
Poſſis rationem aſſignare, quæ melior ſiet. *Nic.* Audi Domina:
Ariſtoteles (Philoſophorum princeps) affirmat quoſdam melancholicos
Eſſe ingenioſos maxime, qui cum atra ſcilicet bile
Flavam modice permiſtam habent ; inter hos ego
Archaicum (pace tua Domina) numerarim tuum.
Lid. Apage te cum philoſophia tua ; quid? ille ut ſit melancholicus?
Quo, priuſquam hinc abſceſſerit, feſtiviorem conſpexi neminem.

Nic.

Nic. Fieri poteſt Domina; ſed vehemens profecto ſtudium
Si Galeno credimus, ſæpe temperamentum alterat;
Tum vero ætatis incrementum aliquid ſeveritatis adjicit.
Lid. Fruſtra philoſopharis, nam etiamſi hæc mihi perſuaſeris,
Frugi eſſe filium meum, non perſuadebis tamen.
Nic. Ecce adoleſcentem Domina. *Lid.* Ahime! ſimul atque aſpexerat,
Pedem retraxit illico; dii te peſſundent cum tua Philoſophia.
Nic. Domina ne dixeris.

ACT. I. SCEN. III.

Phrygio, Archaicus.

Phr. UBi ego nunc herum conveniam? faciam mox ego
Dolore ut contabeſcat primulum, deinde ut exultet gaudio.
Eccum autem adeſt: Dii te ſalvum ſervaſſint here.
Arch. Urinam! quid novi? *Phr.* Nihil boni admodum, mater intus neſcio
Doleat an ſuccenſeat magis. *Arch.* Nunquid illam male habet obſecro?

Phr.

Phr. Neſcio quid ſiniſtre ſuſpicatur de abſentia tua.
Arch. Quid? bonas horas male collocare, & diſcincte agere?
Phr. Prorſus; nam cum deambulatum prodiret modo,
Atque ego una eſſem, cepit lamentari miſere,
Omnium ſe eſſe quantum eſt fœminarum infœliciſſimam,
Cui primo conjux Antonius fato ceſſerit, dein Fulgentius
Frater geminus germanus tuus, patris dum agerentur exequiæ,
Sive dolo malo ſurreptus fuerit, ſeu caſu deviaverit.
Tandem, in quo ſita erat ſpes omnis futuri temporis,
Archaicum degeneraſſe; nihil jam curare te quod ſit frugi hominis,
Vino, aleæ, ſcortis operam univerſam dare,
Dies, noctesque ædes ſuſpectas colere, domi nunquam conſpici,
Ipſam forte aliquando obviam torve limis intuerier.
Arch. Sat eſt: huic miſeriæ, Jupiter, ſi quid jam potes, adjice.
Ah Phrigio, teſtor omnes Deos atque homines,
Phr. Here
Ego quod hæc in rem tuam credebam fore, non ut quoquo modo

Te

Te affligerem, simul atque introierat Lidonia,
Retro huc lapsus sum, tibi ut narrarem omnia.
Arch. Benigne factum. *Phr.* At vero Magistro
Nicolao, ha, ha, he,
Aut ego fallor, aut aures ei utrinque callent.
Arch. Quid ita? *Phr.* Jussit me hera illum ad se
accersere,
Ut cum illo de tuis istis expostularet moribus.
Arch Nisi ille aliquid commentus fuerit, matris
quo leniret animum,
Posthac jurabo sti, item. *Phr.* Imò (salva Magistri Nicolai reverentia)
Merum asinum. *Arch.* Veram auscultra Phrygio,
potin' tacere?
Phr. Potui priusquam loqui. *Arch.* Scin' quid
fecerim? *Phr.* Obsignasti mihi
Labia, ne quid, quod infusum est semel, excurrat
denuo.
Arch. Nostin' itaque Tiberium opulentum istum
Paravii senem?
Phr. Nempe illum dicis, cui filiæ sunt pulchellæ
geminæ.
Arch. (Tibi fortasse geminæ, mihi nulla præter
Astræam alia)
Illum ipsum. Ego cum Paravii literis navarem
operam,
(Imo amori potius, Musas-Cupido pepulit)
Abs illo comiter receptus sum, atque ædes frequentavi senis,
Quid multis? placebam homini; quotidianum
me cupiebat hospitem,

Quotics

Quoties veniebam hilaris, cum abibam triſtis fuit:
Invitabat, veni; diſceſſi, invitabat denuo.
Intrando exeundoque limen attiveram, unum me eſſe de familia diceres;
Etiam blande me alloquebantur virgines, & certatim obſequebantur mihi,
Quoties ibi prandium ſumebam ipſæ coquebant ſedulo;
Si in hortos prodirem deambulandi gratia, una utraque aderant.
Ibi ego, dum Aſtræam meam ſæpius intueor, & cum ea colloquor,
Dum me venuſtas faciei mirabundum detinet, & morum ſagitta,
Sagittam ſenſi Cupidinis alte infixam pectori (Amoren ſæpe
Parit conſuetudo:) quin & illam vulneravit nequam puer,
Et levi jaculo tenerum transfixit latus; ex illo dein
Amor amorem excipit; ego illam, & me illa, deperimus mutuo:
Semel atque iterum forte ad cœnam vocor, & lubens venio;
Ac ſi ipſe in triclinium Jupiter invitaſſet ſuum,
Ibi domus nitida, jucundus ſenex, apparatus dapſilis,
Splendens focus, onuſta menſa, opipare inſtructa omnia;
Aſtræa autem novi ſemper aliquid apponit ferculi,

Suo

Suo præparati modo, quod & amoris præ se indicium ferat,
Nunc columbas affat Venereas, nunc cygnum pinsit candidum;
Ego (ut amantes & loquuntur multa, & intelligunt, tacentes licet)
Illam esse columbam, quæ mei desiderio gemat, conjicio facile,
Me cygnum qualem Junonis ferunt involasse gremio;
Etiam oculi inter se nostri colludunt invicem, & trajectu mutuo
Utrinque gestientes animas hinc illinc emittunt obviam.
Phr. Nisi Magister Nicolaus garrire te docuisset affatim,
Mutuo vos amasse, tribus verbis dixisse poteras.
Subesse aliquid oportuit, quod relicto Phrigione, (qui tamen alias
A tuo fere nunquam decessi latere) toties ad cœnam ibas.
Ubi viam aperit consuetudo, formam, fœlicitatem, blanditias,
Fœminarum laqueos raro admodum evitant juvenes.
Ego (quod vix quisquam qui me norat crederet) irretitus fui,
Dum tu Astrææ consortium frequentares tuæ,
Pinguem, succulentam, solidam, perrectavi Lippiam,

Cum

Cum unctuosa facie Lanionis ancillam culinariam.
Ecce amoris mei brevem sed eruditam fabulam.
Arch. Utinam ædes istas adhuc mihi liceret ingredi,
Vel nunquam licuisset protinus. (Iniqua numina)
Unquamne oportebat distrahi tam concordes animas?
Amor dum fruitur dulcis, tormentum est si frustra fuerit.
Ah Phrygio! dicam tibi jam modo quid me perplexum habeat:
Ego & Astræa reciproco affectu felices fuimus,
Uterque assecutus id, quod optabat maxime:
Cum tandem, quasi ab una diligi, aut non satis esset mihi,
Aut esset nimium, lascivus Cupido furcifer
Importuno mei amore pectus incendit Flaviæ.
Phr. Sorori nimirum alteri. *Arch.* Quæ ut Astræam vincere,
Et me sibi demereri posset, ingratum mihi misera obsequium præstitit,
Amanter, & molestè simul officiosa; at me prius
Aureis captivum altera tenebat vinculis,
Astrææ nempe flamma flagrabam unica,
Illius amor totum mihi occupârat animum.
Flaviæ, quam amare non poteram, miserebar tamen;
Benigne, prout humanum erat, respondebam semper,
Ne illa quicquam sibi pararet mali. *Phr.* Factum pol optime;

Arch.

Arch. At ſucceſſu peſſimo: imprudens & miſella
virgo ſermones meos,
Quaſi rot miſſos ab amore nuncios captaba
avide:
Nempe hanc ei injuriam feciſſe fateor, ſperare
docui,
Quod nunquam erat aſſecutura; neque illi tan-
tum obſtiti,
Sed multos etiam adoleſcentes in iſta civitate
nobiles,
Qui omnes ſedulo Flaviæ ambiebant nuptias
Invitus (Deos teſtor) abs illa pepuli.
Quam multæ ſunt in amore remoræ? amat ſed ob-
ſtat mihi
Infœlix Flavia; ego illam non amo, ſed obſto
tamen;
Hoſtis eorum factus, quibus cupiebam ma-
xime.
Phr. Nimirum te quaſi rivalem adoleſcentes o
derant.
Arch. Neſcio an omnes æque, ſed caſu con-
tigit,
Dum à Tiberio quicum cœnatus fueram, quodam
redirem veſpere,
Splendente luna, & ſtellis undiquaque ſcintil-
lantibus,
Ignoto cuidam in angiportu ut occurſarem ju-
veni,
Qui vultu torvo, pariter ac ferro minitans,
Tu Flaviam (inquit) mihi? nec plura, quin
ſtatim

In

In me infestus irruit. *Phr.* Utinam adfuisset Phrygio,
Nequaquam istum ficariũ frustulatim dissecuissem penitus,
Qui herum meum. *Arch.* Primum declinavi impetum,
Id mecum cogitans posse verbis offensum deliniri juvenem;
At (ille tam iracundus fuit tamque impos animi)
Frustrato semel conatu, ferox involavit denuo.
Phr. Quid tu ibi?
Arch. Ubi verba non invenerunt locum, vitæ consului meæ,
Distrinxi gladium, cepi partes pro me meas agere.
Tandem infausto ictum sauciavi pectus adolescentuli.
Phr. Pectus? si prout meruit tractasses hominem, caput amputasses illico;
Ignotum, insontem, aliud agentem ex improviso sic adoririer? vah timidum pecus!
Arch. Imo utinam ille me occidisset potius; post illum mihi
Nullus eluxit dies quem me vidisse velim.
Parentes siquidem adolescentuli ad magistratum luce postera
Rem detulerunt; missi sunt statim, qui me prehenderent,
Mihi aut carcer, aut fuga jam erat eligenda,
Utrinque Astræa ex cidebam penitus; sed libertatis, & famæ charitas

Fugam ſuadebat potius. *Phr.* Carcerem dicis? ſi in ergaſtulo
Mecum fuiſſes here, in Indiam aufugiſſes citius,
Quam lubens illic unum ſumpſiſſes diem. Laudo conſilium tuum.
Arch. Ut paucis eloquar, retro huc Anconam revorti ſtatuo;
Ad Tiberii domum nocte ſurrepo clanculum,
Ut illi, Flaviæ, ſed præ cæteris *Aſtrææ* valedicam meæ.
Utrinq; ubertim diſtillant lachrymæ, tum ſenex bonus
Fauſtum mihi iter comprecatus, diſcedit cubitum.
Cum illo lucernam portans ſimul diſcedit Flavia.
Ego & deliciæ meæ jam ſoli ſumus, cum repente amor
Erumpens oculis, utriq; viciſſim perfundit ſinum;
Imbrem illum qui vidiſſet, Cupidinem, non Jovem, juraſſet pluere.
Tum illa; Adeone eſſe te meæ ſuſpicacem fidei,
Ut quæ Pataviі te depereo, Anconæ non itidem amaturam putes?
An vero tædet te mei quod relicta hic *Aſtræa*, alio demigrare properes?
At te oro per dextram hanc candidam (ſic illi delirare placuit)
Per illabes amplexus noſtros, & pudica oſcula,
Per iſtos oculos oculis qui primum meis
Amorem inſtillarunt olim, per fidem datam & acceptam mutuo,

Utriuſ-

Utriusq; me fortunæ tecum hinc abducas comitẽ.
Phr. Næ ista te puella, here, deperibat nequiter.
Arch. Reclamo, quantum possum, temeritati virginis,
Terræ marisq; pericula describo omnia, atq; illis insuper
Adfingo alia. Quid autem illa? obstinato persistit animo,
Ni mecum abeat, mœrore se, morituram brevi.
Concedo tandem precibus, illam me abducturum spondeo,
Adsigno tempus, rogo quî possit clam patrem fieri;
At vero, dum hæc agimus, aliqua id credo procurante Furia,
Ex insidiis descendit Flavia, quæ jam diu auribus aucupium fecerat,
Amor amorem irritus perturbat mutuum.
Nam illa, ut sororem amoveret arbitram, intempestive callida
Astræam à Tiberio patre sæpius accersitam simulat:
Et solum nacta eandem canit prorsus cantilenam mihi,
Quam lubens ex Astræa audiebam prius, ex illa nunc tristis audio;
Æque me amanter obsecrat ne amantẽ deseram.
In trivio sũ, nihil quicquã, quod faciam, occurrit mihi.
Phr. Elegans tu es amator hercule, pro quo certant puellulæ.

Arch. Postquam Astræam auferre solam me non posse video,
Utrique valedico penitus, sed me polliceor
Post tres exactos menses Patavium reversurum denuo.
Phr. At hic quartus jam mensis agitur (si satis memini)
Ex quo Anconam venimus. *Arch.* Quid facerem Phrygio?
Nondum pacati sunt parentes istius, quem dixi, juvenis,
Tutius manere poteram Patavii, quam nunc redire queo:
Hoc me discruciat fidem Astrææ datam violasse me,
Quæ misera scio quantos pro me dolores ferat.
Phr. Here ego sum patronus tuus, ad te adjuvandum genitus,
Voca me patronum obsecro. *Arch.* Etiam irrides furcifer?
Phr. Scis non solere, sed voca me patronum, jubeo. *Arch.* Insanis, quid est?
Phr. Habeo quod animum tuum miris modis lætificet.
Arch. Quid illud tandem? *Phr.* Nihil; nisi me patronum dixeris.
Arch. Age, patronus es meus, si promisso steteris.
Phr. Ausculta igitur. *Arch.* Ausculto. *Phr.* Sed serio. *Arch.* Serio.
Phr. Hum, hum, hum, tu nunquam posthac Patavium videbis here. *Arch.*

Arch. Ain' vero scelus? at tu lucem non aspicies amplius,
Nisi aliquid solidi mihi statim impertias gaudii:
Tu omnium es fugitive, miseriis qui insultes meis?
Phr. Abstine manum; fugitive? quasi vero
Fugitivus ipse è Patavio non Anconam adveneris?
Audi jam; dixi Patavium te non visurum denuo,
Id nunc confirmo scilicet, nam puella utraque
Fugitiva fugitivum hunc secuta est amasium,
Ut tibi Patavium revisendi laborem parcerent.
Arch. Lætificum hoc esse fateor, si modo verum sit, nuncium.
Phr. Si Flaviam ego illam satis novi, hisce eam oculis ad portum conspexi hodie,
Cum elata fronte, contractis oculis, genis roseis;
Præterea ex congerrone quodam meo Fabritium audivi quendam,
Cui iste servus est, à Tiberio nuper accepisse literas,
Quæ in quærendis seni filiabus ejus imploran[t] operam,
Tiberium ipsum brevi declarant adfore. *Arch.* Patrone mi (mihi
Cedo clienti manum, hem tibi, nunc si Astræam
Ostendes uspiam. *Phr.* Totam hanc urbem ego
A summis tegulis ad fundamenta perscrutabor hodie,
Quin sistam tibi. *Arch.* Quod ni statim feceris,

Arch. Poſtquam Aſtræam auferre ſolam me non poſſe video,
Utrique valedico penitus, ſed me polliceor
Poſt tres exactos menſes Patavium reverſurum denuo.
Phr. At hic quartus jam menſis agitur (ſi ſatis memini)
Ex quo Anconam venimus. *Arch.* Quid facerem Phrygio?
Nondum pacati ſunt parentes iſtius, quem dixi, juvenis,
Tutius manere poteram Patavii, quam nunc redire queo:
Hoc me diſcruciat fidem Aſtrææ datam violaſſe me,
Quæ miſera ſcio quantos pro me dolores ferat.
Phr. Here ego ſum patronus tuus, ad te adjuvandum genitus,
Voca me patronum obſecro. *Arch.* Etiam irrides furcifer?
Phr. Scis non ſolere, ſed voca me patronum, jubeo. *Arch.* Inſanis, quid eſt?
Phr. Habeo quod animum tuum miris modis lætificet.
Arch. Quid illud tandem? *Phr.* Nihil; niſi me patronum dixeris.
Arch. Age, patronus es meus, ſi promiſſo ſteteris.
Phr. Auſculta igitur. *Arch.* Auſculto. *Phr.* Sed ſerio. *Arch.* Serio.
Phr. Ham, hum, hum, tu nunquam poſthac Patavium videbis here. *Arch.*

Arch. Ain' vero scelus? patru lucem non aspicies amplius,
Nisi aliquid solidi mihi statim impertias gaudii:
Tu omnium es fugitive, miseriis qui insultes meis?
Phr. Abstine manum; fugitive? quasi vero
Fugitivus ipse è Patavio non Anconam adveneris?
Audi jam; dixi Patavium te non visurum denuo,
Id nunc confirmo scilicet, nam puella utraque
Fugitiva fugitivum hunc secuta est amasium,
Ut tibi Patavium revisendi laborem parcerent.
Arch. Lætificum hoc esse fateor, si modo verum sit, nuncium.
Phr. Si Flaviam ego illam satis novi, hisce eam oculis ad portum conspexi hodie,
Cum elata fronte, contractis oculis, genis roseis;
Præterea ex congerrone quodam meo Fabritium audivi quendam,
Cui iste servus est, à Tiberio nuper accepisse literas,
Quæ in quærendis seni filiabus ejus imploran[t] operam,
Tiberium ipsum brevi declarant adfore. *Arch.* Patrone mi (mihi
Cedo clienti manum, hem tibi, nunc si Astræam
Ostendes uspiam. *Phr.* Totam hanc urbem ego
A summis tegulis ad fundamenta perscrutabor hodie,
Quin sistam tibi. *Arch.* Quod ni statim feceris,

Subito conceptum hoc gaudium evaneſcet ſubito.
Proh ſumme Jupiter! Flaviam ecce, quid faciam?
De ſorore interrogem? nil potero ingratius, abibo potius.

Act. I. Scen. IV.

Flavia, *Babila*.

CRedo equidem omnes, quantum eſt in hac civitate, viros atq; fœminas
Aut Deucalionis figmentum eſſe lapideum, aut Promethei luteum;
Ita illi prorſus indigni ſunt, quos deus quiſquam finxerit.
Nam heri poſtquam proceſſo ratis appuliſſet veſpere,
Ad noctis fere conticinium deambulavi miſera,
Neq; hoſpitio me excepit quiſquam, nec intromiſit ædibus:
Quanquam ego neq; moleſta hoſpiti, neq; ſumptui futura ſim;
Ipſa pro me & coquam & lotricem agam; & impenſas omnes
Ex iis, quas huc apportavi, gemmulis perſolvam facile.
Nunc ſi me pater huc quæſitum veniens in plateis opprimat,
Laborioſum hoc iter, & Archaicum una mecum perdidero;

Quem

Quem si inveniam forsitan, non me maris immensi tædium,
Non hujus noctis inquies, non patris minæ, imo ne ipsæ gravabunt lachrymæ.
Sed quandam video, percontabor de hospitio.
Ba. Advena hæc videtur fœmina,
Tentabo an ad nos possim allicere. *Fla.* Mulier bona licet ne pauca?
Bab. Serva sum tua, si quid placet impera.
Fla. Scin' ubi hospitium conduci queat peregrinæ virgini?
Prænumerata pecunia, & impensis solutis omnibus?
Bab. Nisi indignæ sunt prorsus, quas adire dignetur tam formosa Domina,
Novi ædes quasdam haud procul ab hoc loco distitas,
Ubi parum lauta quidem invenies, sed munda satis omnia,
Tersam cameram, lectum molle, conclave solitarium,
Salubre ferculum, pinguem hospitem, & festivam hospitam.
Fla. Si non molesta futura sim tibi, eo me deducas obsecro.
Ba. Imo ideo me superbã facis, quod meo digneris uti ministerio;
Sequere ancillam tuam Domina. *Fla.* Sed quam te dicam ego,
Quæ me ita benigne excipis nunquam à te conspectam antehac?

Bab. Ego illa ſum quæ peregrinis omnibus præſertim fœminis inſervire cupio.
Fla. At nomen tuum quæſo, atque ubi habites,
Ut, dictius ſi in hac urbe commorer, ignara ne ſim
Olim reddendæ gratiæ tibi, ubi fiet occaſio.
Bab. Ut fatear, ego ſum iſtius, quam dixi, cauponæ cauponaria,
Nomen Babila eſt mihi, illic ego cum porcello meo Jodoco (culinariam,
Decem jam annos ago, rempublicam adminiſtrans
Fla. Gaudeo occurriſſe me tibi, ſodali tam undequaque lepidæ,
Cujus, uti ſpero, ſales curas imminuent mihi.
Bab. Licetne Domina interrogare unde, & qua de cauſa Anconam veneris?
Fla. Haud multum dubito quin fœmina fœminæ præſtitura ſit ſilentium.
Bab. Sexus me id monet noſter; nam mulieres, quantumvis garrulæ, (ſatis.
Quando virorum res agitur, in ſua ſunt taciturnæ
Fla. Age, legem iſtam ſanciamus; ego igitur Tiberii ſum (altera,
Mercatoris Patavini filia, ſoror mihi eſt germana
Mihi Flavia, illi Aſtræa nomen inditum; eundem utraque
Archaicum veſtratē quendā amamus adoleſcentulū.
Ipſum nomen lachrymas extorquet mihi, qui dum Pataviī
Studeret literis, æquales omnes forma, comitate, ingenio anteibat facile,
Sed urgente nuper infortunio ex urbe profugit clanculum, Et

Et secum una cor meum è præcordiis abstulit, illius gratia (tulum,
Et domum charam, & patrem etiam reliqui ve-
Ut Archaicum apud vos Aconæ, ut cor meum quærerem. (cœlitum.
Bab. Secundet amorem tuum quicquid est in cœlo
Ego olim me talem memini, dum obesum Jodocum meum grunnientem porculum
Huc, illuc sequerer, domo paterna profuga patrimonio pene excideram.
Fla. Hui! patrimonium crepas? dotem ego aliam non moror quam Archaicum.
Illum pluris facio, quam si Indiam utramque dotalem habeam.
Sed est quod summopere à te contendam hospita.
Ba. Quid quæso te?
Viciſti etiam absque certamine. *Fla.* Ut si quis ad vos scisitatum veniat
De peregrina virgine, nulla hic fuerit. *Bab.* Secura sis, ita celabo te
Ac si ipsa non viderim; domestici autem signis faxo de te loquantur invicem;
Ædes interea meas tibi subesse volo, servis, ancillis impera;
Si quid in foro venale est, animo quod arrideat tuo,
Nisi postulando ipsa tibi defueris, nos emendo, coquendoque non deerimus.
Fla. Nihil tibi ex me damni erit, duc me in ædes hospita.
Bab. Est quod cum isto generoso colloquar, statim ad te redeo.

Mysis ostende huic generosæ Luna insignitam cameram,
Ubi cum apud nos esset Ducissa Florentiæ cœnata est,
Ignem accende, vide ne quicquam desit.

ACT. I. SCEN. V.

Babila, Petruccius.

Bab. GEneroſe Capitane ut valent latera Mavortia?
Ubi sunt fratres tui Bellonæ filii,
Qui triduo abhinc domum clamosa conquassarunt hilaritudine?
Pet. Revera fulminatores sunt isti Babila, quorum vel minimus
Triginta hominum millia in aciem eduxit sæpius.
Bab. Ego malim triginta librarum myriades, qui educant hospites.
Obsecro te pro isthoc jentaculo quis solvet mihi?
Pet. Aufer digitum, ulcus tetigisti Babila; equid est in olla bubulæ?
Bab. Pro numerata pecunia nihil non est. *Pet.* Vah quam sordidum est
Cum viro bellicoso loqui de isthoc stercore? ego,
Cum Bruxellas olim caperem opulentum oppidum
Militibus

Militibus conceſſi ſpolium, ſolam mihi gloriam
Reſervatam volui; pecuniam, proh rem nihili, contempſi penitus.
Bab. At nos pacis Alumni pecunia, non gloriola vivimus.
Pen. Dabo igitur tibi, poſtquam Hollandiam expugnavero,
Quantum nummorum viginti carris auferre poteris,
Decem ancillas pingues, coquas & piſtrices optimas,
Tres lixas. *Bab.* Tace ſis, nihil mihi quicquam erit cum ancillis Belgicis
Butyraceis; cedo mihi præſentes nummulos, atque iſtas pellices
Jube ut victorem ſequantur, pinſant, & coquant exercitui.
Pet. Mea paſſercula, quid habes? jentandum apud te eſt hodie;
Noli à me nummos exigere, optimos ad te deducam hoſpites,
Quorum per totas ædes intimum emittam loculi,
Civium opulentûm filios cum crumenis turgidis.
Bab. Illos ubi tecum adduxeris imperabis mihi, interim
Bene nummatam hanc advenam obſervabo ſedulo. *Pet.* Babila,
Audi meretrix, tentavi te modo, dicam nunc tibi
Serio me ſolutum omnia. *Bab.* Unde autem?
Pet. Dominam Lidoniam. Non

Non nosti locupletem viduam? *Bab.* Audivi quidem de ea:
Quid narres fabulæ? *Pet.* Ego illi conjux futurus sum. *Bab.* Ha, ha, he.
Pet. Postquam pacatæ sunt omnes circumquaque respublicæ,
Nihilque jam negotî est viro bellatori reliquum,
Placet uxorem ducere. *Bab.* Sed quî tu illam obsecro?
Pet. Tentavi fœminam, facilem inveni, & ingenuam satis:
Præterea scholasticus ille Magister Nicolaus, cujus illa se commisit arbitrio,
Pro eo, qui milites inter & scholasticos intercedit, affectu mutuo
In expugnanda vidua suam mihi promisit operam.
Bab. Ha, ha, he, credam ubi vos junctis manibus saltantes videam. Vale.

ACT. I. SCEN. VI.

Petruccius, Fulvius.

Pet. PEssimum inter mortales est hoc fœminarum genus,
Parcum, avarum, sordidum, cui citius linguam è faucibus,
Quam succi aliquid aut edulii gratis unquam exciseris.
Quid agis nunc Petrucci? quam arcta te obsidione intus oppugnat fames? Pheu!

Pheu! inteſtinorum bombardas audio, niſi opponas aliquid,
Hoſtes in foſſam irruent: Nihilne eſt? vel placentam objice,
Vel caſeum, vel porcinum callum, vel panem cruſtatum ſolide,
Ne perrumpant aliqua: ubi noſtræ ſunt auxiliariæ?
Oh! tandem video, hic ſocius eſt, hic imperator noſtrarum partium,
Commeatum adfert exercitui: exugam ex hoc homine jentaculum.
Ful. Videtur hic eſſe perhumanus, qui ignotum me ſaluravit præteriens,
Revocabo hominem: Vacatne vir egregie paucis cum peregrino colloqui?
Pet. Salvus ſis, iſtud genus hominum ſummopere colo,
Ut qui ipſe domi ſum rariſſimus; ita me principes,
Quotquot in bellum prodeunt, ad ſe evocant, & in partes trahunt.
Ecquid novi eſt? *Ful.* Eſt certe aliquid, ſed ego jam
Ab itinere defeſſus ſum, ubi divortam neſcio;
Si honeſtam mihi domum commendaveris, dicam poſtea
Quid apud nos audierim. *Pet. Chick*, captivum habeo:
Ego vero lubens id faciam, qui res novas audire geſtio.

Ful.

Ful. Eſtne mercator aliquis in hac urbe, qui Flaminius cluat?

Pet. Illum dicis, qui angulum habitat in extremo foro.

Ful. Fortaſſis: eſtne etiam Jacobus quidam è Gallia?

Pet. Nempe opulentus iſte juxta armamentarium publicum.

Ful. Et Gerardus? *Pet.* Ad portum haud procul à caſtello ſitus.

Ful. Gratias tibi, ego mercatores illos inventum venio,

Ut minuta quædam debita, mille vel circiter ducatorum exigam.

Pet. Quid autem? ſecuran' à piratis transfretatio eſt, & mercatura ubique libera?

Ful. Diis gratias, eſt. *Pet.* Cui id vos acceptum refertis obſecro?

Ful. Diis, inquam, & pacificis principibus, *Pet.* Pacificis principibus?

Imo bellicoſis militibus: nos piratas ſuſtulimus,

Oceanum aperuimus, mercaturam veſtram ſtabilivimus, orbem ditavimus.

Ful. Agnoſcimus vir magnifice. *Pet.* Quem ego ſenem video?

Certe hic etiam peregrinus eſt. *Ful.* Ubi autem eſt hoc divorticulum?

Pet. Quid ſi & huic me inſinuem? Præda erit ab utroque gemina.

Heus excipito hic aliquis peregrinum hoſpitem:

Intra, obſecro. Hic

Hic tibi bene erit ob meam gratiam. Nunc si vulpem illunc vetulum.

Actus I. Scena VII.

Tiberius, Petruccius, Asellio.

CErte aliquid hoc solatî est confecto tandem itinere
Quietem invenire, & cum amicis congredi: sed nequam hæ puellæ
Animum perturbant mihi: nam quorsum à me fugam capesserent?
Nunquam durus, nunquam parcus, nunquam morosus extiti,
Ut solent quidam, qui supercilio coercent liberos:
Sive peplum, sive pallam, sive tiaram peterent,
De meo suppeditabam illico: Archaicum amabat utraque,
Neque me id latebat, non oblatrabam juveni,
Neque domo interdicebam mea, (quod feciffet alius)
Sed ad prandium quotidie invitabam, & ad cœnam comiter.
Pet. Euge, huic consuetudo est vocare homines ad prandium,
Utinam hodie pro more suo faciat. *Tib.* Quin etiam,

Cum

Cum valedicturus ad nos noctu venit, de indu-
ſtria
Statim ſeceſſi cubitum, ut illi (quod ſolent ama-
tores)
Securi inter ſe garriant affatim, ultimoque illo
plene fruerentur conſortio.
Pet. Lepidum liberalem ſenem, olfacio jam ex
iſthoc mihi jentaculum.
Aſel. Here mi. *Tib.* Quid nunc? *Aſel.* Memi-
niſtin' quid oblitus domi reliqueris?
Tib. Quid demum? *Aſel.* Baculum iſthunc ele-
gantem quem pater meus,
Quando me primum receperis in ſervitutem,
donavit tibi,
Cum apiculo corneo, & furca deorſum ferrea.
Tib. Ut eſſet ut filium ſuum delirantem cæderem;
tace ſis fatue.
Pet. Videris tu quidem eſſe peregrinus per be-
nigne ſenex. *Tib.* Et ſum hercule.
Pet. Fieri poteſt ut comitem tuum deſideres, qui
in ædes illas modo
Diverſus eſt. *Tib.* At, inquam, fieri non poteſt,
ego enim
Neminem itineris ſodalem præter truncum iſtum
quem vides habeo.
Pet. Ignoſcas igitur mihi, nam quidem adole-
ſcens advena
Illuc introivit nuper, quem ego una tecum appu-
liſſe credidi.
Tib. Quid ſibi vult hic elephas? *Pet.* Quod ſi for-
te de hoſpitio

Nondum

Nondum proviſum ſit tibi, nullibi melius quam iſtic divorti poteris.

Tib. Devinctus ſum humanitati tuæ: ſed mihi apud amicum meum

Mercatorem quendam paratus eſt jampridem lectulus.

Pet. Cancro; naufragium feci, inexpugnabile eſt vetuſtum hoc oppidulum.

Tib. Aſellio. *Aſ.* Here mi. *Tib.* Retro ad navem, atque illinc ſarcinam

Defer ad Fabritii ædes; habitat is in vico medio

Juxta ſacellum ſancti Dominici. *Pet.* Noſti Fabritium?

Tib. A pueritia. *Pet.* Certe virum liberalem & probum;

Sed frater ejus ad eum commigravit nuper cum univerſa familia;

Vereor ut aliqua pars ædium vacet tibi. *Tib.* Quam callide

Venatur ex me prandium? excutiam jam hirudinem.

Quid? frater apud illum eſt, qui Venetiis mecum ſeptennium

Tranſegit integrum? certum eſt illos viſere, ſi in cella dormiendum fiet.

Pet. Perii. *Aſel.* Here mi ad cujus ædes obſecro?

Tib. Fabritii juxta ſacellum ſancti Dominici. *Aſ.* Fabritii

Juxta Phacelum ſancti Leminici? ſic obtundis ſemper memoriam mihi

Perplexis

Perplexis istis nominibus. *Tib.* Quin festinas *Asine*?

As. Nos asini tardigrada sumus animalia, præsertim ubi incumbit sarcina.

Verum ego, here, licet contra naturam sit mihi, festinabo tamen. *Exit.*

Tib. Tu interim sanguisuga valeas. *Exit.* Pet. Vtinam nemini quispiam

Cognatus aut amicus esset, qui eum è longinquo venientem hic exciperet.

Per Jovem, ubi proximo magnam aliquam civitatem cepero,

Quotquot amicos habeat, ad unum omnes occidione occidam pessima;

Ut me ulciscí queam, quem hujus amicitia pene præ inedia perdidit.

Merito affligor tamen, qui ex putido sene quicquam me lucri facturum credidi,

Quasi aquam expectassem è pumice. Revisam ego meum adolescentulum,

Illum palpabo sedulo. Deos atq; homines, exeuntem video!

ACT. I. SCEN. VIII.

Petruccius, Fulvius.

Pet. DIutius quam oportuit à te adfui cum antiquo commilitone meo,

Quem per hos annos totos quindecem non aspexi prius;

Post

Post famosum istud Turcas inter & Hungaros prælium,
Ubi uterq; militavimus: sed veniebã ad te jã modo.
Ful. At mea me hinc avocant negotia, mercatores quos dixi, conventum eo;
Scio apud illos me pransurum hodie. *Pet. Diabolo.*
Ful. Statim post prandium adero.
Pet. Oh! nondum incaluisti, redi mecum ad ignẽ denuo.
Ful. Conduxi cubiculum, præcuravi lectulum, detractæ sunt ocreæ,
Vestes excussæ, nihil hic amplius mihi negotĩ supereſt:
Equos & servum reliqui procul hinc in suburbiis.
Pet. Intra tamen, ut narres mihi quæ pollicitus es nova.
Ful. Non jam tempus est, unà (si libet) hic cœnabimus,
Tunc dicam omnia. *Pet.* At ego ante cœnam fame periero.
Vidisti in' hospitam? *Ful.* Vidi. *Pet.* Satin' est elegantula?
Ful. Sicut cæteræ. *Pet.* Redi mecum, faciam ut facetiis te suis enecet:
Ful. Opportunum inter cœnandum hoc fuerit, sed quam ego illic aspexi virginem?
Vnde est obsecro? *Pet.* Virginem? ego nullam in istis ædibus aspexi virginem.
Ful. Est quædam, neq; vulgaris illa, sed perpolita admodum,
Quam ipsa forma, vestitus, verba ostendunt non ignobilem. *Pet.* Tenta-

Per. Tentabo ſtatim, nam profecto ſi generoſa eſt, non jejunat hodie.
Non detinebo te amplius, mihi prandium hic ſumendum eſt
Cum feſtivis quibuſdam ſociis, hic me ſi mature redeas, invenias. Vale.

ACT. I. SCEN. IX.

Fulvius, Aſellio.

Ful. MIror undénam ſit hæc virgunculi, & quid ſibi velit,
Quæ ſic adblanditur mihi, & quaſi notum falſo compellat nomine,
Archaicum vocat: at ego inter mortales Archaici
Me noviſſe neminem recordari queo, Amorem, Pataviun,
Tiberium quendam patrem, & Nicolaum, neſcio quos Lemures
In ore habet, quorum nec nomina ad me pervenere prius.
Interim amare me videtur perdite; niſi Mercurius aliquis
Figuram indutus ſit meam, & mihi ſuam commodato dederit,
Neſcio quid rei ſiet. Age, formoſa eſt, adoleſcentula eſt,
Bene morata atque educata eſt, quare ego illam non amem mutuo?

Faciam

Faciam hercle, neq; ægre feram, sive me Archaicum nuncupet,
Seu quemvis alium, ero quem me esse velit:
Dicat Vulcanum licet, modo Venerem se præstet mihi:
Si hanc ultro se offerentem respuam, dignus sum
Cui nulla animum adjiciat fœmina. *Asf.* Ha, ha, ha,
quis unguentum hoc ex me emet?
Quod proprio sudore atq; opera ipse laborando confeci modo.
Tu illic jace, vindictam ex te sumam ego,
Huc usq; portavi te, donec defessi sunt tandem humeri,
Redde vicem, & me paulisper sustine. ha, ha.
Ful. Quid habes bone vir? *Asf.* Quid habeam? audacula
Hercle interrogatio; quid id ad te, respondere jam poteram?
Sed habeo tres obolos. *Ful.* At in sacculo? *Asf.* Tres? ita, tres obolos si bene memini, vide sis duos.
Ful. Non opus est, ne te moleste amplius. *Asf.* Ecce illic tertium,
Mentiri non soleo. *Ful.* Certe dives admodum.
Asf. Mediocriter, diis gratias. Fa, Fa, Fa, Fabritii juxta——
At te cum ineptis tuis quæstionibus eradicent superi.
Herum ubi inveniam, nescio; adeo commovisti cerebellum mihi.
Juxta —— iterum atq; iterum, quisquis es te pessundet Jupiter.

Ful. Si

Ful. Si irascaris abeo. *As.* Ne syllabam quidem teneo, dicat mihi mox aliquis
Qua via evolarint è capite isthæc mihi, ha, sic est proculdubio,
Exudavi memoriam penitus: quid si in mappa rursus invenerim omnia?
Nihil est, nihil est, quid agam, quo vadam nescio, hum cogita tecum Asellio, cogita.

Actus I. Scena X.

Brilla, Asellio, Eleazer, Iodocus.

NÆ ego omnimodæ nequitiæ capistro dignus sum internuncius;
Literas has ad Archaicum deferendas habeo, qui Patavio
Nuperrime reversus est, nam mea morem hunc habet domina,
Si quem venustum aspexit adolescentulum, libidine
Debacchatur illico, neq, vero frustra nomen est impositum Lesbiæ,
Nam Catulli Lesbiam præ istac matronam dicerres.
Sed quis me jam homo quid agam consulet? postquam neq; domi hominem,
Neq; foris invenire valeo, obscœnam authori rursus commendabo chartulam.
Quis istic meditatur sedens? molitur aliquid contra rempublicam; Ex-

Excitabo hominem. *Aſ.* Juxta phaſelum ſancti Leminici. *Br. Cargo,*
Quid tu dormis hic ante ædes? *Aſ.* Quid ais nequam puer?
Niſi defeſſus eſſem vellicarem auriculas tibi.
Bril. Quid rei agitur? ſaccum ſacculo inſidentem video.
Aſ. Ha, ha, mi puellule quæſo ne moleſtus ſis, neq;
Meditationes interturbes meas. *Br.* Id nempe dixeram,
Hoſtis es reipublicæ, magni aliquid nobis machinaris mali.
Aſ. Hercle, certe nunquam cuiquam ex quo natus ſum
Vel feciſſe me mali, vel etiam cogitaſſe memini.
Bril. Hem fundum iſtius video, manſuetum eſt animal,
Audacter ludificare licet: Quanti utricularem hanc tibiam?
Aſ. Naſus eſt meus furcifer. *Br.* Flabella autem cujus ſunt hæc fœminæ?
Aſ. Omi te auriculam, non mittis? *Br.* O imprudentem me! qui tam prope
Hominem acceſſerim, vexabo dehinc eminus. *Aſ.* Satis ceſſatum eſt *Aſellio*
Nunc ſi quo eam, noverim, dii me omnes perdant; heus puer
Ubi eſt Fabriſtii domus? *Br.* Non novi hominem, dicam tamen;

Quis

Quis ille ut ſit, magnatum aliquis? *Aſ.* Non, non, mercator eſt,
Aiunt habitare juxta caſtellum ſancti Leminici,
Bril. Oh bene eſt, ito per forum primo, dein ad ſiniſtram deflectito,
Mox ubi ad trivium veneris (nam pervenies tandem ad trivium)
A dextra viam capeſſito; poſtea —— *Aſ.* Mane, & mane, mane,
Forum, ſiniſtra, trivium, dextra; Perge jam.
Br. Poſtea angiportum illum ingredere, qui ad fluvium ducit,
Caſtellum videbis illico (at Fabriſtium illic invenies neminem.)
Aſ. Age, quid hic moramur? conſcende jam humeros mihi,
Sed ubi, ubi eſt pallium? putaſne perdidiſſe me pallium?
Br. Pallium, ha, ha, he. *Aſ.* E navi extuliſſe memini. *Br.* Ha, ha, he.
Aſ. Redibo, & perquiram ſedulo, hah, ſi & ſarcinam ſic amitterem,
Perirem magis, ah me, ooh, ooh. *Br.* Audi tu homo.
Tun' perdidiſti pallium? *Aſ.* Novum, duobus limbis circumdatum.
Ah furtificam civitatem! hei mihi! ooh, ooh. *Br.* Certun' es
Urbi intuliſſe pallium? *Aſ.* Jam modo ab hoc lævo pependit humero, ooh.

Br.

Br. Si quis furem ostenderet, quid illi dares? *Af.* Quid non darem?
Darem tres obolos totam opulentiam meam. *Br.* Nimium prodigus es,
Præstigiatorem ego gratis indicabo tibi. *Af.* Meum suavium,
Cape sis hos tres obolos. *Br.* Benignitatem non aspernor tuam;
Haud procul hinc Judæus habitat, homo subdolus, nequam,
Vidi eum jam modo pallium inferentem ædibus quis tui color est?
Qualis limbus? *Af.* Color cinericeus, limbus duplex cæruleus.
Br. Misit me Deus aliquis ut prodessem tibi, istoc ipsum
Portare Judæum vidi; is illic habitat, vide an verum dixerim.
Af. Tick, tock, tick. *Eleaz.* Quis est? *Af.* Prodi scelerate & pallium mihi.
Ele. Pallium? habeo elegantissima, Gallica, Hispanica, Britanica,
Intra mecum obsecro. *Af.* Gratias mi puellule, sequor te. *Br.* Ha, ha, he.
Judæus hic, ha, ha, he, est vestimentorum institor, atque illum putat
Pallium commendi gratia ad se venisse, cum is tantum expectat suum, ha, ha, he,
Quam vereor ne mox risu me distendam nimio, Ubi hi vicissim se intelligent, & jurgari cœperint.

Interim iſtanc de via ſarcinam amovebo paululum,
Ut ille dum ſe angit denuo, mihi novus exurgat joculus.
St. Intus tumultuantes audio, credo pugnis rem diſcernere.
Jam hic peregrinus prono capite ex ædibus extrudetur illico.
Dixin'? ha,ha,he, agedum Eleazere, ha,ha,he.
Age peregrine, naſum illi complanatum videre cupio.
Ha, ha,he. Age iterum Eleazere, tunde, feri,
Attolle lævam tu homo, atque iſtum obliquum incute:
Ha, ha, he. vide Jodoce, vide, vide. *Jod.* Quid agitis viri?
Quis tu es qui vicinum meum tam robuſte defricas?
Aſ. Sine me quæſo, pallium ſuffuratu'ſt mihi. *Jod.* Hic pallium?
Aſ. Teſtem habeo. *Jod.* Quem obſecro? *Aſ.* Iſtunc puerum,
Qui eum vidit meum furantem pallium. *Jod.* Ho, ho, ho, Brilla,
Tuan' hæc eſt nequitia? nequam eſt hic carnifex;
Deluſit te. *El.* Men' falſo inſimularier? men' haberi ludibrio?
Jod. Parcas homini, ignarus fecit, quicquid injuriæ patravit tibi.
Ele. Vah porco immundiorem beſtiam. *Aſ.* Si putarem te

De

De industria mentitum esse, vapulares. *Br.* Ha, ha, he, valete.

As. Abi in malam rem sceleste, dixit hic mihi Pallium apud te meum vidisse se. Redi mecum in gratiam bone vir.

El. Puerum istum, si arripiam, infœlici suspendam arbore.

As. Deûm fidem! ubi sarcina est mea? *Jod.* Hæccine est?

Ipsa eadem, jam ego pallium mihi plane periisse sentio.

Cantio pro intervallo Actus primi & secundi.

Spudæus, Asotus.

Spu. *Heu fugit ocyor vento*
Ætas, quisquis es memento
Non perpetua esse bona
Sortis & naturæ dona.

Aso. *Fugit ætas, & facessit,*
Formæ decor defloresçit,
Nisi prope res ad senium,
Vide ne defraudes genium.

Spu. *Horas bene colloca,*
Non redibit aliqua.
Aſo. *Non redibit hæc juventus,*
Ergo nunc vivendi tempus.

Baſium mea, vinum puer,
Dies it, præſenti fruar.
Spu. *Te, et quiſquis ſic inſanit*
Pudor & paupertas manet.

Fœlix ætatem quiſquis temperat,
Juventæ ſenem ne pœniteat.

ACTUS II. SCENA I.

Fulvius, Aſtræa.

Ful. DEUS bone! quam hæc pecunia, res chira eſt, & pergrata omnibus?
Quam ægre illam dimittunt, qui habent? qui non habent,
Quam nſequuntur avide? ejus unius gratia
Egomet Anconam veni, ſed putaſne me accepiſſe
vel ducatum hactenus?
Ne drachmam quidem: conveni mercatores meos,
Exegi a ſingulis quantum debeban mihi, apud eos
Laute habitum me eſſe fateor, & pranſum op ime,
Neque vero inficias ibant, ut, quod multi ſolent,

Partem

Pattem diffitebantur nimiam: at ſolvendo non erant:
Alius craſtinam, alius tertiam abhinc aſſignabat diem:
Scio ita hominum res eſſe, ut pauci tantam pecuniæ
Summam in numerato habeant; neque id ægre eſt mihi:
Nunc ad amicam propero peregrinam virginem,
Et grandiloquum Capitanum meum: At quis iſtic feſtinat puer?
Aſt. Archaice mi! Deos veneror, qui te obtulerunt mihi tam ſubito.
Tota ex quo te vidi ſum lætitia; Quid eſt? ut habet mel meum?
Quare non ad nos menſe tertio? *Ful.* Adoleſcens
Quid vis tibi? non ſum is quem putas, abſcede aliquo.
Aſt. Nondum fides probata eſt mea? Quid me tentas Archaice?
Aſtræa ſum tua, ne quid erres, in hoc virili habitu,
Quem aſſumpſi ideo, ut ignota ad te Anconam fugerem.
Ful. Quæcunque es, per Mercurium mea non es, etiamſi ſis fœmina,
Adhuc ignota ſis per me licet. *Aſt.* Mitte has nugas, deliciæ meæ;
Eundem præſta te mihi, quem olim cum eſſes Pataviï.

Ful. Per Pollucem neque Patavium, neque te vi-
di ante hunc diem.
Satin' ſanus es? *Aſt.* Etiam ulterius experiri
libet?
Ful. Etiam ulterius delirare libet? non novi te
inquam.
Aſt. Et noſti me ſatis, & amaſti olim Archaice,
Quid me diſcrucias?
Ful. Nugæ, nugæ, non ſum Archaicus, alibi tibi
quærendus eſt amaſius.
Aſt. Ar ſi ego forte exciderim, en iſtum obſecro,
& ſi potes dediſſe nega,
Cujuſnam eſt illud corculum ſagitta perfoſſum
flammea?
Quid ſibi vult inſcriptum illud——Amor in-
cendium?
Ful. Seu tu adoleſcens ſeu virgo es, ſiquis te amat
adoleſcentulus,
Atque iſtunc donavit annulum; quid mea in-
tereſt?
Pereat ille, quiſquis eſt, ſi fidem fregerit, à me
hercle
Nec violata eſt, nec dum cuiquam data, neque
incendium
Amoris iſtud in meo unquam arſit pectuſculo.
Aſt. Deos omnes! quænam eſt hæc impudentia,
ut teipſum perneges?
Ful. Per ſuperos, inferos, medioximos Deos ne-
que feci, neque faciam.
Nomen mihi Fulvio eſt, non *Archaico*; è Medi-
olano ſum,

Non

Non ex Patavio. *Aſt.* Perfidus es, perjurus es, nomen finxiſti tibi,
Quod parentes nunquam impoſuerunt, puellam perdidiſti miſeram.
Hæccine fiddes eſt? *Ful.* Stulta es, inſana es, quæ quod promiſit alius,
A me expoſtulas: Amatorem tuum perquire, atque hæc apud illum dicito;
Mihi amplius audire te volupe non eſt, aliam rem ago. *Exit.*

ACT. II. SCEN. II.

Aſtræa, Lesbia.

Aſt. POteſne hoc, etiamſi inferi id omnes procurent, fieri,
Ut amorem hic mei depoſuerit, & fidem fregerit?
Alii cuipiam non credidiſſem, niſi audiviſſem dicere.
O inerme Cupido numen! adeóne tuam facile ſagittam excuti?
Inique puer! aut illi vulnus inflixiſſes altius,
Aut me intactam omiſiſſes. Infauſtam virginem!
Quæ patrem, paternam domum, & Patavium reliqui miſera,
Ut amaſium hic Anconæ quærerem & invenirem conſumeliam.
Leſ. Certe venuſtum adoleſcentulum, quid agit?

Aſt. Hei mihi! quo nunc eam? ad illum rurſus? at rejiciet denuo:
Ad iratum patrem? quî illum contueri ſuſtineam?
Quem ſenem, annoſum, infirmum, reliqui ſolitarium.
Quid agam? quid inceptem? quid conſilii capiam?
Leſ. Quænam hæc eſt ploratio? *Aſt.* Ah pectus meum!
Quanti te dolores opprimunt? *Leſ.* Miſeret me, aggrediar, atque alloquar.
Adoleſcens quid triſtis es? *Aſt.* Quæ tu quæ roga?
Ideo triſtis ſum, quia ſum miſerrimus. *Leſ.* Quid eſt? eloquere,
Forſan ſolatii apud me invenies aliquid.
Aſt. Solatii? id neque à te, neque ex alia quavis ex pecto fœmina;
Ingens ærumnarum mearum moles ſolario non reliquit locum
Leſ. Quid, patrem aut matrem ſepiliviſti? idem permultis contigit,
Aſt. Ferrem ſi id eſſet æquius. *Leſ.* Periit amicus intimus?
Aſt. Mihi quidem periit, ſed non eſt defunctus tamen. (nonne hoc eſt?
Leſ. Si ænigmata loquaris ſemel, amare te conjicio:
Aſt. Forſitan. *Leſ.* Opportune occurriſti mihi, primaria ſum
Antiſtes Veneris, domus mea amoris eſt ſacrarium.
Divertes apud me ſi placet, donec amoris aut remedium

Inveneris

Inveneris, aut exitum. *Ast.* Benigna es, & me nondum excepit quispiam.

Les Brilla avoca huc ad me Babilam, interim hunc adolescentulum

Ad me deducam, atque ad vos revertar quam citissime.

ACT. II. SCEN. III.

Brilla, Babyla, Lesbia.

Bril. Hæccine tam humanam se isti præstaret juveni,

Nisi aliquid ex eo volupe speraret sibi? Novi animum,

Novi mores ejus: citius in plateis hic algere sineret.

Quid autem inter illam nunc & Babilam nequitiæ cuditur?

Irretiendus est adolescens aliquis, quem hæc hyæna devoret:

Horum ego conscius sum omnium, quem nisi ipse esset surtificus,

Trisulco crepitante statim fulmine dissiparet Juppiter.

Bab. Ecquis pulsat? *Br.* Prodi Babila, prodi inquam, venefica.

Bab. Tun' eras? quid moliris mali? *Br.* Malam bestiam

Quæro, & te inveni commodam. Hera hic confestim aderit,

Habet quod tecum agat. *Ba.* Quid illa? sentit ebullire sanguinem?

Br. Dicam tibi, literas mihi nuper ad Archaicum quendam deferendas dedit,

Lascivas, nequam, amatorias, quales illa conscribit plurimas:

Eas, dum investigarem hominem, malo fato perdidi,

Heræ tradidisse renuntiavi; adolescentem vero una aut altera

Tantum perlecta linea frustulatim discerpsisse chartulam,

Mihi grandem impegisse colaphum, qui illos tulerim.

Bab. Pol tu quantivis pretii nebulo es. *Br.* Vapulassem merito,

Nisi aliquid commentus essem, nunc illam conjicio

Postquam istum tam alienum vider, ad alium ferri,

Et tuo adjutu uti velle auxilio. *Ba.* Verisimile est,

Nihil ei molestum est magis, quam noctem solitariam ducere.

Br. Eccum ipsam. *Les.* Salve mea commoditas, mea Babila ut vales?

Ba. Video te nondum consenescere, Madonna, & videre gaudeo.

Les. *Pish*, senectutem istam apage, puella sum vix quindenaria.

Rubent adhuc genæ, dentes firmi sunt, scintillant oculi,

Saltant

Saltant venæ, caro mollis est, & succida, *Br.* Frons levis,
Et relicina, labia ingenua & mollicula, suavis spiritus.
Les. Totum corpus vegetum. *Br.* Appetitus vividus. *Ba.* Euge, quid imperas mihi?
Les. Paratan' es exequi (nequitia mea) quicquid imperavero?
Ba. Quorsum ambages istæ? peractum jam esset, nisi distuliſſes eloqui.
Les. Scelestum & impurum est, quid ais? *Ba.* Quasi te non noverim.
Les. Siccine? fac igitur Petruccii me hac nocte compotem: potin'?
Ba. Capitani? faciam ubi ego abam inflavero, ut ad pugnam irruat.
Les. Habe fis, quo pacto autem? *Ba.* Sine me, utar hoc stratagemate,
Nescio qua spe fretus Lidoniæ is adjecit animum;
Dicit Magistrum Nicolaum suam promisisse operam.
Les. Quid' amatne alteram? certe timeo. *Ba.* Audi fis, fingam ego
Lidoniam à cœna meis illum præstolaturam ædibus;
Orare ut secreto quantum potest, nec ante decimam ad nos veniat,
Ne illa famæ jacturam faciat. *Les.* Intelligo te, & cum is eo venerit,
Ego eum pro Lidonia meo excipiam lectulo. *Ba.* Sic est, Placetne

Placetne hoc commentum tibi? *Br.* Hera hæcen omnium
Fœminarum ſceleſtiſſima: quam aſtute lenocinari didicit?
Bab. Imo aliud reſtat ut facilius credat Lidoniam
Inventurum hic eſſe ſe, Magiſtri Nicolai togulam,
Quam ego jamdudum ſcio, quî obtineri valeat,
Et galerum una peraltum bipedalem jubebo indui.
Br. Heus tu jube etiam ut ruberum iſtud rubicundum, quod ad mentum creſcit,
In ſinu abſcondat aliqua, aut atrimento illinat.
Bab. Non opu'ſt, colorem diſſimulabunt tenebræ. *Leſ.* Babila
Age hanc rem ſerio, non ingratæ beneficium facis.
Br. Obſecro autem ut hunc Brillam commodes pauliſper mihi
Socium atque adjutorem operis. *Leſ.* Brilla vide ne quopiam
Abs hac abſceſſeris, niſi aliquo dimiſſus fueris. *Bar.* Ne latum unguem hera.

SCEN.

Act. II. Scen. IV.

Brilla, Babila, Nicolaus.

Br. JAm ego auxiliarius ſum tuus Babila, mirũ, ni ubi noſtræ conjunctæ ſunt copiæ,
Inauditum aliquid producant joculare nefariumfacinus, quod vel heræ meæ,
Vel bombardiloquo Capitano præ iracundia mox diſrumpat animum.
Bab. Age ſcelus, vin' mecum conſpirare ut fortiter faciamus; & pro triumpho rideamus affarim?
Perruccio, Nicolao & Judæo etiam Eleazero collocatæ ſunt inſidiæ. *Br.* Illin' iterum?
Habebis me arte, conſilio, manu adjutorem tibi, etiamſi ob id poſtea vapulem.
Bab. Ne timeas, nihil in heram tuam ſtatuetur durius quam quod ſola dormiet.
Auſcultamihi, Perruccius jam intus apud me eſt, veſtes ei
Magiſtri Nicolai ſunt obtinendæ. *Br.* Quo pacto autem? *Ba.* Leſbiam amat,
Eam apud nos hac nocte Judæum expectare ſuggeram,
Cui eum aſſimilare volo, & perſonatum huc accedere,
Quaſi ipſe ſit. *Br.* Judæi ſed unde paretur habitus? *Ba.* Id ſtatim ſcies, adeſſe Nicolaum video, recipe huc te.

Atque

Atque observa sedulo. *Nic.* Ubi gentium ut sit Archaicus?
In loco est sat scio, quia corsus est, sed quinam sit iste locus?
Id nunc inquiro, scilicet: pati non possum amplius
Quæ in me atque illum dicit Lidonia. Heus bone vir curasti probe,
Perdidisti filium mihi, Hæccine tu illum doces?
Scortari, potare, aleam jacere, foris pernoctarier?
Pessime sunt hæc, atque illiterate prolata omnia:
Erras, erras Lidonia, quia causas rerum non calles satis,
Non potat, non scortatur, sobrius est, & nimio minus abstemius;
Sed amat, amat, inquam, *Archaicus* honestam virginem,
Bene natam & educatam, cui hoc ad perfectionem defit unicum
Ut cum Archaico nupserit: Ego illam instruam in philosophia.
Nimia severa est hæc mulier, quæ potervia sua
Terret adolescentem, ne amare se fateri audeat;
Ipse egomet ea de re ne mussitare quidem sustineo,
Etiamsi Lesbiam istam columbam vetulam depeream misere.
Ba. Audi Brilla, Lesbiam se deperire ait. *Nic.* Ah si illam mihi
Quispiam in lectum daret, quot ei explicarem problemata.

Ardua,

Ardua, Aristotelica, nondum fœminæ cupiam cognita?

Bab. Ah nequam, nunquid Cupido in Musæum perrepsit tibi?

Nic. Ibo nunc ad Babilam mulierem istam cauponariam,

Aiunt esse lænam pestiferam, & meæ familiarem Lesbiæ.

Br. Brilla quis hic est vir literatus, qui juxta ambulat?

Br. Nescio, nisi formosus iste Magister Nicolaus qui apud Dominam Lidoniam

Aliquot jam menses versatus est. *Nic.* Mulier quid est tibi nomen?

Ba. Babilam dicunt, si placet. *Nic.* Babila? est nomen Chaldaicum,

Heus puer unquamne didicisti literas? *Br.* Quantum sufficit.

Nic. Siccine vero? tun' Socrate, atque me doctior es, qui inter discendum consenuimus?

Potin' mihi dicere quæ sit ventorum causa, aut in qua regione generentur nives?

Br. Quæso te, vir egregie, potin' mihi dicere quot capillos habeam?

Nic. Ha verbero, quænam est hæc audacia? dicam privative, licet

Non positive, ne unum quidem boni pueri; ha nequam nebulo,

Nomen tuum furcifer? *Br.* Est & mihi nomen Chaldaicum,

Brilla vocor. *Nic.* Mentitis scelus, est vox Persica. Brilla

Brilla apud Persas est simia. *Br.* Et Nicolaus asinus.

Nic. Oh insciriam! nunquam hoc puero cuiquam excidisset, qui didicisset literas;
Nicolaus Græcum nomen est, atque ideo imposi-
tum mihi,
Quod populare genus hominum omnimoda transcendo scientia.
Babila cujus est hic puer? hortare parentes ejus
Ut viro alicui docto literis imbuendum tradant.
Br. At inquam, satis jamdudum didici; hæc pos-
sum omnia,
Heræ obsequor, literas abs illa lascivas defero,
Responsum reddo, edo quod oppositum est, bi-
bo, dormio, (pus est, rideo,
Ubi male succedunt res, doleo; vicissim, cum o-
Nic. Hera quæ dicitur tua? *Br.* Lesbia. *Nic.* Nomen gentilitium
Pulchellam significat, quia Lesbiæ formosæ ple-
rumque nascuntur fœminæ.
Babila adesdum obsecro, aiunt artem te callere Lenoniam.
Ba. Certe non admodum, sed amicis ea in re ali-
quando sum usui. (probo.
Nic. Noli celare, nam ego cujusvis artis scientiam
Potin' mihi Lesbiam hac nocte in amplexū dare?
Hem aureum tibi. *Ba.* Sedulo annitar tibi,
Et certe commodum se offert opportunitas, nam
Judæum Eleazerum (amati
Vesperi apud me expectat affore, quem in primis
Ejus tu vestitum induces, atq; apud Lesbiam sup-
plebis vicem. *Nic.*

Nic. At quis veſtitum iſtum mihi? *Ba.* Eum ad
te Brilla mox adferet,
Mihi id curæ erit. *Nic.* Heus puer condono tibi
ignorantiam tuam,
Cape fis. *Br.* Gratias ego ſcientiæ tuæ. *Nic.* O
bene moratum puerum!
Quanto hoc meſius quam Dignitati vel Domina-
tioni tuæ? Babila
Memento ſis mei. *Ba.* Atqui togulam & gale-
rum tuum
Ad me miſſum oportebit, quando Judæum indu is.
Nic. Fiet, fiet mea Babila, vel quidvis aliud.

ACT. II. SCEN. V.

Babila, Brilla, Petruccius.

Br. HA, ha, he, lepidum ſane præludium, quam
avide hamum deglutiit
Gobio? *Ba.* Tace ſis, ecce (Brilla) virum magni-
ficum Petruccium,
Martis & Bellonæ delicias unicas, cui ego geſtio
aliquid facere,
Quod cordi ſit, ut ſi Anconam olim devaſtaverit
Noſtræ parcat familiæ. *Br.* Hydra ut ſeipſum in-
ſinuat?
Pet. Faciam mea muſtela, faciam. *Br.* *Seniori*
Petruccio
Servum tuum vides, qui galeam poſt te ad præli-
um geſtare cupit.

Pet.

Pet. Nimium præponderabit, vermicule non potes. *Ba.* Memini dixiſſe te
Dominam Lidoniam futuram uxorem tibi. *Pet.* Dixi Babila.
Ba. Et Magiſtrum Nicolaum cauſam apud illam iſtam agere. *Pet.* Idquoque.
Ba. Niſi te præ tota iſta familia amarem intime nihil narrarem amplius.
Pet. Age audacter, quid eſt? *Ba.* Summam iſti faciunt injuriam tibi.
Pet Tum ſemetipſos perdunt, perge autem, *Ba.* Hac ipſa nocte
Uterque apud nos futuri ſunt ut agant nequiter.
Pet. Per machæram hanc ſi prehendam, utrique transfigam latera.
Ba. Vin' me audire ſtultam nihili fœminam? *Pet.* Deinde capita
Abſcindam humeris, atque ovans per plateas circumferam,
Mox in cloacam abjiciam. *Br.* Babyla aufugiamus hinc,
Non iratum vides? *Ba.* *Seignior Capitano* oſtendam tibi
Ultionem jucundam magis atque honorificam, ſi me audies.
Pet. Confide, iraſcor illis, non tibi. *Ba.* Nicolaus iſte
Ne dignoſci quear, clanculum ementito venturus habitu,
Quem ipſa comparavi, veſtes apud me ſuas relinquet interim, Eas

Eas tute aptabis tibi, & cum Lidonia pro Nicolao dormies.

Pet. Quis illum amovebit interim? *Ba.* Me vide, facturam me recipio.

Pet. Per Jovem vindictam elegantem. *Br. Seniore* & incruentam.

Ba. Gladius interea tuus, & ornatus reliquus mecum quiescet pro pignore.

Pet. Non solio machæram hanc dimittere, sed quoniam (tibi.

Incruentum futurum est hoc prælium, concedam

Ba. Recipe te domum, atque illic horam hanc aut alteram mane,

Donec hic cum armis Veneris ad te veniet puer.

Pet. Hem tibi militare osculum; eo nunc ad tentorium.

Actus II. Scena VI.

Babyla, Brilla, Eleazer.

Bab. SAtin' hæc Brilla succedunt ex sententia? accersé mihi

Judæum Eleazerum; illum præ timore pæne ad necem adigam.

Br. Er me præ risu: *Thick, thock. El.* Quis fores quatit? (me modo

Br. Eleazere adesdum obsecro. *El.* Túne eras qui futri insimulabas pessime? *Br.* Ista te mulier conventum cupit.

Ele.

Ele. Quid vis Babila? *Ba.* Tune peregrinum Eleazere
Pugnis demulsisti modo? *El.* Peregrinum? execrabilem odiosum canem,
Qui me pallium sibi suffuratum esse mentitus est, tuo suasu furcifer.
Bab. Atqui res ad magistratum delata est, periisti nisi te abdideris.
Ele. Scin' quæ dicis Babila? totus præ metu horreo.
Bab. Vidi edictum ipsum in foro appensum medio,
Apparitores hic ante noctem aderunt, quin tu mature tibi consulas.
Ele. Ah catule tu istæc mihi creasti mala, excoriabo te si vivam ego.
Br. Certe pœnitet, utinam celando te culpam hanc expiare valeam.
Bab. Quid agis Eleazere? *El.* Certe ubi me suspendam cogito,
Tam famelica hæc monstra fortunas mihi omnes diglutient modo;
Tot illis pendendæ sunt pensiunculæ; heus tu, tres aureos mihi
Qui exaravi prehensionis formulam, mihi qui assignavi totidem,
Mihi qui affixi duos; quatuor lectoribus, unusquisque quantum potest aufert.
Ubi is est advena? dabo illi novum modo acquiescat pallium.
Br. Non tam durus est quin ea lege ignoscat tibi; sed ubi Delitescet

Delitescès interim, ne isti te invadant vultures.
El. Certum est, pendebo potius, quam drachmam dedero.
Ba. Eleazere quid si domi ego te abscondam meæ?
El. Mea Babila dabo tibi subuculam concinnam novam.
Ba. Dixisti. *El.* Quæ ad tertiam usque hiemem perduret tibi.
Ba. Age, huc apud nos ocyus; alium hic tibi amictum quam mox adferet.
Tu interim apud me depones tuum; Capitani phaleris
Indutus contemnes hoc periculum. *El.* Etiam isti quod dem inveniam,
Modo huic rei incumbat serio. *Br.* Nisi te in Petruccium illico
Mutatum videas, nunquam mihi credas postea. *Ba.* Abi jam
In interiorem illam cameram, quæ post culinam sita est,
Et nisi istunc loquentem audias haud cuiquam aperi.
El. Quam male meruo ni me expilent hodie latrones publici?
Ba. Abi, avola Brilla, hiccine est is peregrinus an vero alius,
Herus forsan aut amicus ei? *El.* Obsecro te ne verbum de Judæo dixeris,
Sermonum ego hic aucupium faciam,

SCEN.

Act. II. Scen. VII.

Tiberius, Brilla, Babila.

Tib. OMnium quos unquam novi fures sunt in hac urbe furaciſſimi,
Nam ſervus meus priuſquam fere de navi pedem ſuſtulerat,
Amittit pallium. *El.* Ne gry Babila. *Ti.* Et præterea pulſatur probe. *El.* Pax.
Tib. Ego autem dum per plateas ambulem inſons multatus ſum marſupio,
Neque turbam ingreſſus ſum, neque me truſiſſe quempiam memini,
Neque ſalutaſſe, aut undénam eſſet perquiſiviſſe, niſi
Eſurientem iſtunc militem, qui de hoſpitio ſermonem habuit.
Inauſpicatus eſt hic locus, brevi, hic ſi maneam, amittam omnia.
Filiæ, crumena, pallium jampridem periit, expecto quid furent proximo.
Ba. Quas hic filias dicit? certe meam abductur'ſt hoſpitam,
Eamus Brilla. *Tib.* Nemo eſt qui mihi fugitiva hæc commonſtret ſcortula?
Percontabor hanc fœminam, heus tu quæ properas, verbum volo.
Ba. Bona cum venia non vacat mihi, *Ti.* Uni tantũ quæſtiunculæ Reſponde

Respondesis. *Ba.* Brevi, compendiose, quantum potest,
Viros aliquos nobiles expecto, nec dum parata est domus.
Tib. Vidistin' hic duas puellas advenas? *Ba.* Duas? nequaquam hercle.
Tib. Forsan unam, qualis est ea? nam à me ausugerunt geminæ.
Ba. Rufa, crispo capillitio, hirsuta facie, blæsis oculis.
Br. Distorto collo, gibboso dorso, proclivi pectore.
Tib. Medius fidius Furiam hic describit non fœminam.
Br. Balda, curva, clauda. *Tib.* *Cancro malgrado*, nullámne aliam?
Ba. Sex digitos habebat. *Tib.* Monstrum! sat est, non est mea:
Sed nullamne aliam vidisti præter hanc? dic bona fide.
Ba. Nullam prorsus, istam, quam vidi, quam potui, descripsi modo,
Pulchre insignita est, si tua sit, abeat quo luber, facile prehendi poterit.
Tib. Ha, ha, he, ego meas, si tales essent, non ultro quærerem,
Alibi scisciandum est, nunquam infecta re verti statutum est mihi.

SCEN.

Act. II. Scen. VIII.

Brill. Bab. Lidonia, Ful.

Br. Meretricem callidam! quam cate excussit hominem?
Ba. Scelus pueri quam mihi succentavit harmonice? *Br.* Nunc vacat iterum,
In crastinum distulerunt viri nobiles. *Ba.* Jam non vacat iterum,
Lidoniam video, nihil nobis cum illa est commercii. (*Exeunt.*
Lid. Dicat mihi aliquis quare unquam peperi aut nutrivi filios;
Ut sola consenescerem? an ut illi essent adjumento mihi?
Atqui hic, qui nunc est superstes unicus, in alienis ædibus
Frequentior est quam meis; potat, & saltat in prostibulo;
Inter suos vultum dimittit, ac torvus intuetur tetrice,
Scortis adblanditur sedulo, & facetiis oblectat suis;
Matrem interea plorare sinit, & domi sedere solitariam.
Utinam nunquam ex me natus esset, aut si dolores isti
Saltem perferendi erant, post aspectam hanc lucem expirasset illico. Sed

Sed quorſum hæc imprecatio? ſi is filium ſe eſſe oblitus fuerit,
Egone matris deponam animum? atque illum à me abdicam penitus?
Non poſſum hercle: quin ſi jam nunc occurrat mihi,
Pœnitere ſe dicat, & poſt hæc frugi futurum ſpondeat, *(Enter Fulvius.*
Ingratiam reſumam illico: & certe appropinquantem video,
Diis freta ſum, placet iſthæc mihi frontis ſerenitas.
Ful. Ad Antonium mercatorem eo ut novam ab illo ſyngraphamaccipiam.
Li. Archaice unde, & quo nunc obſecro? quid tibi in hac domo
Negotii eſt? quid hic agis? adeon' anguſtæ ſunt ædes meæ,
Ut te continere nequeant? an hic eſt aliqua quam matre chariorem habes?
Ful. Iterumne nomen illud odioſum Archaici audio? num pleniſunium eſt,
Quod tot hic inſaniunt homines? quem tu Archaicum,
Quas ædes tuas, quam matrem meam loqueris?
Li. Deos immortales! quid audio? quod nec apud Scythas ſolenne eſt,
Matrem ex qua natus eſt filium uterinum non agnoſcere,
Seipſum, ac nomen ſuum diſſimulare, apud illam ipſam quæ indidit?

Occidis me Archaice, mori quam hæc audire ma-
velim.
Ful. Mulier generosa videris esse, sed deliras
nimium.
Neque ex te natus sum, neque Archaicum ante
hunc diem
Dixerunt homines. *Li.* Quid est, si hæc non sit
dementia?
Unquamne tractavi te secus quam matrem de-
cuit?
Unquamne rigide alloquuta sum? nonne dilexi
semper medullitus?
Nonne indulsi nimium? quid est quod abneges?
Ful. Ego te nec indulgentem nec asperam ex-
pertus sum, nec vidi prius.
Li. Tandem intelligo quid sit, ut securus inter
meretrices agas——
Matrem excussam cupis: putasne ista non cura-
re superos?
Quis unquam senectutem attigit, qui parentes
spreverit?
Ful. Ha, ha, he, hodie primum Anconam appu-
li & hic matrem invenio!
Li. Etiam ludibrio sum tibi? *Ful.* Mihi quidem
ludibrio non es,
Nisi pergas desipere. *Li.* Negas itaque me ma-
trem esse tuam?
Sane incerta sum quæ siem; at hoc novi tamen,
Ex Antonio concepi te, in utero gestavi te usque
ad mensem decimum,
Dolores pro te ingentes pertuli. *Ful.* Medicum
huc confestim aliquis, Nam

Nam hæc insanit mulier. *Li.* Age itaque quando ita vis,
Posthac neque ego tibi sum mater, neque tu mihi filius,
Abeas quo lubet, ad me nunquam redeas, neque expectes patrimonium.
Ful. A te obsecro? secura sis, tibi habe siquid Antonius ille pater meus
Reliquit tecum, nihilo te ditiorem senties. *Li.* Accipio legem,
Valeas bipedum ingratissime, *Ful.* Ut potero mater mea.

Act. II. Scen. IX.

Fulvius, Flavia ad Fenestram.

Ful. UTinam aliquis mihi cum solertia sua nunc occurrat Oedipus,
Nihil hic intelligo omnium quæ loquuntur homines;
Matrem atque amicam lucrifeci, atque meipsum perdidi.
Nescio quis sum Archaicus, Mediolani reliqui Fulvium.
Cujus hæc est astri malignitas? quod fidus noxium?
Tota hæc est cerita civitas. *Fla.* Archaice mi. *Ful.* Quam vocem audio?
Quæ suavis lingua nomen ingratum sonat? Numquid Flavia es?

Fla. Tam ego Flavia ſum tua, quam tu meus es Archaicus.
Ful. Tuus mel meum, ſed non *Archaicus*. *Fla.* *Age*, tenta dum lubet;
Quaſi te ſub quovis amare non poſſem nomine;
Certe hominem depereo, non ſyllabas: meum quoque,
Si tibi non arridear, conſeſtim permutabitur; tu Theſeus eſto,
Mihi ſtatim non Flavia, ſed *Ariadne* cognomento fuerit,
Atqui ſub iſta lege ne cum illa deſerar. *Ful.* Imo
Voca me Fulvium, mea, is apud noſtrates vocor,
Meliuſque Flaviæ convenit. *Fl.* Facetus es, ob id te jam magis amo.
Sed quidni intras, teque propiorem adfiſtis mihi?
Ful. Faciam vero lubens, aſpectus eſt amoris ſolatium,
Præſentia pabulum.

Act. II. Scen. X.

Aſtræa, Fulvius.

Aſt. ARchaice redi atque *Aſtræam* reſpice.
Ful. *Diabolo*! credo omnes quantum *Anconæ* eſt hominum,

Archaicos

Archaicos dici, oh quid novi jam ex Patavio?
Num excussa adhuc è corculo sagitta est? num de-
flagravit incendium? *Ast.* Ahime!
Ful. Quin tu lugubrem cantilenã jam incipis per-
sonata meretrix mascula?
Ast. Bone Juppiter, vel si quid amori numen est
propitium magis,
Obtestor vos huic adolescenti, si humanitus quid
obtigit,
Mentem ei ut restituatis & memoriam; sin hæc
protervia est,
Aut amor illi novus antiquum pepulit, misellæ
Virgini,
Disertæ, insonti, perditæ, estote judices, jubete
furias
Ut veras olim sentiat, falsum qui stuporem si-
mulat.
Ful. At me Juppiter & dii omnes, si sim Archai-
cus,
Aut talem quempiam noverim, perditum hic sta-
tim eant.
Hercle aut non sum is, aut valde te amo, qui me-
ipsum execror.
Ast. Pergin' vero perfide? at si digna sum quæ
peream
Infœlix nihili virguncula, indigna tamen quam tu
ludos facias;
Agedum ingrate, (nam de amore jam non loquor
amplius)
Hoccine à te patris Tiberii comitas commeruit,
Qui in ædes te recepit toties, & mensa communi-
cavit sua

Jejunum & macilentum Academicum? *Ful.* Ha, ha, he,
Falso me insimulas, ædepol non sum literarum conscius,
Pergas mihi isthæc exprobrare obsecro: ego me Scholasticum
Fame & macie lubens redimerem, atque isthac insuper contumelia.
Ast. Nega itaque adolescentem sauciasse te, nega denique
Amasse me, vel saltem amare dissimulasse. *Ful.* Eadem opera
Nego scilicet omnia, atque iterum pernego. *Ast.* Quin etiam pejera,
Ut Deos habeas propitios. *Ful.* Si ego ex his quicquam fecerim,
Si Patavium unquam, si te ante hunc diem viderim,
Oportet me Lethem ebibisse, ita mihi penitus exciderunt omnia.
Ast. Scelestus quam caute juramentum declinavit? perjurium timet,
Quasi non admiserit: quin & Deorum oblitus es nomina?
Ful. Per Saturnum, per Jovem, per Martem, per Mercurium, per Venerem,
Ipsumque adeo Cupidinem, per maximos & minimos Deos
Non te amo. *Ast.* Nempe sororem igitur. *Ful.* Neque illam, si tui similis est.
Ast. At Archaice. *Ful.* At tu quæcunque es auser te hinc ad medicum

Quam

Quam citiſſime. *Aſt.* Imo tute ad teipſum rede-
as, ego
Conſeſtim convaluero, ſalus in te ſita eſt mea.
Ful. Quî autem in me peſſima? num mea quic-
quam intereſt
Patavinam eſſe te, patrem habere, & ſororculam?
Aſt. O fruſtra ſuſceptum iter meum, & amores
irritos!
Ego ſementem feci, meſſem ut Flavia cæderet.
Ful. Quid tu? Flaviam nominas? Illam tibi ſo-
rorem adſeris?
Aſt. Illam ipſam, ſed non opus eſt ut dicam tibi.
Ful. Hum, ita res eſt,
Indigenæ ſunt hæ meretricalæ, & ſcorta perfri-
ctiſſima,
Subauſcultarunt aliquid de mille ducatis, prædam
olfaciunt;
Lupæ ſunt, agnum certant quæ digluviat prior:
Mater id mea prædixit modo: tum hæc ho-
ſpita
Sterquilinium eſt & lena omnium putidiſſima.
Næ tu Fulvi, niſi proſpicias tibi, pulchre hodie
detondebere,
Jam hæc Medæa vellere deſpoliatum aureo
Mediolanum te remitter nudam & macilentam
pecudem.
Audin tu? *Aſt.* Utinam quod cupio. *Ful.* Tu &
ſoror tua
Meretrices eſtis. *Aſt.* Etiam illi maledicis
improbe,
Cui modo adblanditus? nempe ut amorem celes
una & perfidiam.

Jejunum & macilentum Academicum? *Ful.* Ha, ha, he,
Falso me insimulas, ædepol non sum literarum conscius,
Pergas mihi isthæc exprobrare obsecro: ego me Scholasticum
Fame & macie lubens redimerem, atque isthac insuper contumelia.
Ast. Nega itaque adolescentem sauciasse te, nega denique
Amasse me, vel saltem amare dissimulasse. *Ful.* Eadem opera
Nego scilicet omnia, atque iterum pernego. *Ast.* Quin etiam pejera,
Ut Deos habeas propitios. *Ful.* Si ego ex his quicquam fecerim,
Si Patavium unquam, si te ante hunc diem viderim,
Oporter me Lethem ebibisse, ita mihi penitus exciderunt omnia.
Ast. Scelestus quam caute juramentum declinavit? perjurium timet,
Quasi non admiserit: quin & Deorum oblitus es nomina?
Ful. Per Saturnum, per Jovem, per Martem, per Mercurium, per Venerem,
Ipsumque adeo Cupidinem, per maximos & minimos Deos
Non te amo. *Ast.* Nempe sororem igitur. *Ful.* Neque illam, si tui similis est.
Ast. At Archaice. *Ful.* At tu quæcunque es auferte hinc ad medicum

Quam

Quam citiſſime. *Aſt.* Imo tute ad teipſum rede-
as, ego
Conſeſtim convaluero, ſalus in te ſita eſt mea.
Ful. Quî autem in me peſſima? num mea quic-
quam intereſt
Patavinam eſſe te, patrem habere, & ſororculam?
Aſt. O fruſtra ſuſceptum iter meum, & amores
irritos!
Ego ſementem feci, meſſem ut Flavia cæderet.
Ful. Quid tu? Flaviam nominas? Illam tibi ſo-
rorem adſeris?
Aſt. Illam ipſam, ſed non opus eſt ut dicam tibi.
Ful. Hum, ita res eſt,
Indigenæ ſunt hæ meretriculæ, & ſcorta perfri-
ctiſſima,
Subauſcultarunt aliquid de mille ducatis, prædam
olfaciunt;
Lupæ ſunt, agnum certant quæ digluviat prior:
Mater id mea prædixit modo: tum hæc ho-
ſpita
Sterquilinium eſt & lena omnium putidiſſima.
Næ tu Fulvi, niſi proſpicias tibi, pulchre hodie
detondebere,
Jam hæc Medæa vellere deſpoliatum aureo
Mediolanum te remittet nudam & macilentam
pecudem.
Audin tu? *Aſt.* Utinam quod cupio. *Ful.* Tu &
ſoror tua
Meretrices eſtis. *Aſt.* Etiam illi maledicis
improbe,
Cui modo adblanditus? nempe ut amorem celes
una & perfidiam. V 4 *Ful.*

Ful. Inquam proſtibulæ. *Aſt.* Porro autem. *Ful.* Inſuper veneficæ.
Aſt. Quid deinceps? *Ful.* Hyenæ. *Aſt.* Nihil amplius? *Ful.* Anthropophagæ.
Aſt. Sa'in' adhuc bilis evomuiſti? jam ego Deos teſtor ſuperos
Atque inferos, invitam me (*Archaice*) tuoque huc adaſtam ſcelere,
Scelestum, mmmoe, truculentum hoc quod aggredior admiſſuram ſcelus.
Ful. Eia, tragœdiam occipit, quam vereor ne mox Jocaſtam agat,
Et ſeipſam perimat miſera! *Aſt.* Imo tu morere qui commeritus es.
Ful. Cedo mihi pugionem ſcortulum niſi digitos divulſos cupis. (ſangine.
Nunc ſi vir eſſes, hanc injuriam tuo mihi penſares
Aſt. Qui ſi eſſem, tu non affugiſſes hodie: at ſi quis Deus
Perjurium exoſum habet, vindictam, quam ipſa non potui, præſtabit mihi.
Ful. Miris modis diſcrucior atque differor de hac contumelia:
Atqui ſic amat fieri, peregrini ſors eſt injuria,
Mihi, ſi quid iniquum patior, habenda eſt gratia,
Ego unius dieculæ amator (ſi diis placet) elegantulus;
Qui ad ignem iſtã exarſi ſtatim ac ſi eſſem ſtipula,
Futurus poſthac ſapientior: nunc hoc faciam,
Prorogabo diem debitoribus, & Mediolanum revertar protinam.

Cantio

Cantio pro intervallo Actus secundi & tertii.

Percontator, Respondens.

Per. Ecquis est qui amat sanus?
Annon omnis amor vanus?

Res. *Quorsum rogas?* Per. *Dic amabo.*
Res. *Quid opiner non celabo.*

Amor, mundi mens & vita,
Voluptas nulli fastidita.

Per. *Nonne miser est amator?*
Res. *Non, si voto potiatur.*

Per. *Nonne stultus?* Res. *Non delectu*
Si utatur cum affectu.

Stultus is & miser vere
Qui nulli didicit placere.

Actus III. Scena I.

Tiberius, Jodocus.

Tib. OPportune ædes tandem video, quas nuper
designavit mihi
Mercator Mediolanensis (si ille non sit Archaicus,
Quod ego vehementer metuo) ubi meretriculam
aiebat vidisse se
Flaviæ, quantum conjicio, non absimilem; miror
si tantum illa profecerit,
Ut quam dies abhinc tertius pudicam vidit, hodie
prostet prostibulum.
Næ illa Patavinis nostris scholasticis in exemplũ
fuerit,
Illi toto septennio nihil agunt, hæc triduo scorta-
ri didicit.
Avet mihi animus propudiosam istam frontem a-
spicere
Cum recenti impudentia. Cave sis autem ætati
tuæ Tiberi,
Ne forte in hoc hypocausto sanguis tibi recale-
scat denuo,
Neu quid senectute tua indignum contingat tibi.
Tick, tock,
Ecce autem Vulcanus exit è fornice, heus tu ba-
rathrum.
Jod. Quid ais Achemutice? *Tib.* Aio te ipsa pe-
stis esse.

Pestiferum

Peſtiferum magis. *Jo.* Quidni igitur removes te hinc quam longiſſime,
Meo ne affiatu pereas? *Tib.* Nempe antidotum gero,
Corpus hoc exuccum atque aridum, dicunt aviculas
Hic vœnum dari. *Jod.* Et vin' tu anſerem tibi in conſortium emere
Pinguem, effætam, ſterilem, quam licet centies preſſeris
Ovum non excludet tibi? *Tib.* Non per Jovem, ſed paſſercula
Aufugit è clathris nuper mihi, illam ſaginari apud te audio,
Ut Veneri ſacrificium fiat. *Jod.* Quid vult ſilicernium?
Paſſercula hæc peregrina eſt virguncula, hic puellæ pater eſt,
Aucupium ſceleſtus facit; vide ne impliceris Jodoce.
Pol tu ſenex quantivis pretii videris eſſe congerro lepidus,
At mihi uxoris agenda ſunt negotia, vale bonis avibus.
Tib. At reſiſte paululum, implumem quæro paſſerculam,
Nempe plumatam virginem. *Jod.* Dixeram. Quid id ad me?
Tib. Quid, quæ apud te divortitur? *Jo.* Quî ſcis? *Tib.* Satis ſcio,
Siſte huc illam obſecro, ut ſi mea ſit liberato nomine

Hinc

Hinc mecum auferam, ſecus ut tibi habeas.
Jo. Siſtam quam non habeo? *Tib.* Nullamne igitur habes? *Jo.* Nulliſſimam.
Tib. Mentiris impudens, quis itaque eſt in lunata camera?
Jo. Ne muſca quidem. *Tib.* Ubi mercatoris amaſia,
Quæ cum arcula conceſſit modo? *Jo.* In Indiam ſcilicet
Una cum mercatore ſuo profecta eſt, ut Cercopithecum emat.

ACT. III. SCEN. II.

Brilla, Tiberius, Jodocus, Myſis.

Br. DAvos ego Peniculoſque omnes hodie in arenam voco,
Una cum dolis ſuis & technis, & tota nequitiarum ſupellectile.
Illi lippos & ſurdaſtros ſenes emunxerunt pecuniis lepide,
Mihi miles, ſophiſta, Judæus, cum ſuis artibus,
Uno omnes ſtratagemate, quam mox riſú præclarum dabunt?
Jo. St! Brilla, abige mihi aliqua à foribus veternoſam iſtum avum,
Sciſcitator eſt, rimam quærit, ut intus quæ fiant introſpiciat.

Br.

Br. Sine me, dimittam ad corvos illico. *Tib.* Mi amicule
Estne otium, quod scias, virgini peregrinæ, eam ut conveniat quispiam?
Br. Væ capiti tuo senex si harum ædium vestibubulum tetigeris,
Libitinæ sanum est. *Ti.* Auspicato periit mihi filia:
Illam hic inter mortuos quæro, si inveniam forsitan.
Br. Atqui peregrinam dicis, nemo hic habitat preter infernales Furias,
Quæ etiam natæ sunt mihi. *Ti.* Flavia egredere huc ad me pessima.
Br. Cita Tisiphonem potius & responsum feres. *Ti.* Flavia inquam mea.
Myf. Quis hic præ foribus obstrepit? (*e fenestra*
Br. Dixin? vide senex
Comatum colubris caput cum impexis anguibus. *My.* Video
Arborem vetustam, aridam, quam ego lotio statim rigatam dabo.
Tib. Cedendum est; vos autem Eumenides obtestor Deæ,
Clementer apud vos uti paulisper habeatis Flaviam,
Donec ego Jovis imperio fretus, cum Herculea satellitum manu
Illam ingratis hinc eripiam. *Br.* Utinam in itinere
Jam esset in Charontis cymba navigans, ego naulum solverem.

Satin'

Satin' abiit? Jam Brilla quid portes vide, in hac primum testa
Volucres nidulantur pessimæ, fraudes, præstigiæ, perjuria,
Quot hic dolosa agitant consilia? quot cuduntur sallaciæ?
At si hanc tunicam indues, rapinam, sordes, avaritiam,
Sycophantiam, sacrilegium, Plagium, homicidium, indues,
Nullo vacabis scelere; nam ista sunt hujus homis. (*He puts on the habit*
Pulchra & decora ornamenta! quis has vestes gerit?
Ecquis est qui pallium ex me emet, elegantulum, novum,
Vetus, mediocre, curtum, longum, largum, angustum, cujusllibet
Formæ vel ætatis? est ne mulier cui decst subucula?
Nemo hanc togam emet scholasticus? Jacet nosa est satis.
Concinna, nova, quæ ad tertiam usque hiemem perduret ei?
Est ne mercator aliquis, aut hæres novitius, cui negry quidem
Cum excutiuntur respondent loculi? illinat atramento membranulam,
Vades afferat, ceram imprimat, nummos quantum velit à me auferet:
Intra unius anni spatium faxo——
Tanquam luscinia inter tabellas canticet.

SCEN.

Act. III. Scen. III.

Nicolaus, Brilla.

Ni. QUæ malùm remora tam diu Brillam detinet,
Metaplaſten meum? Oh tandem prodit vermiculus:
Quam officioſe feſtinat homuncio? docilem oportet eſſe & ingenuum.
Ehodum ad me Brilla. *Br.* Magiſter Nicolae, & ego non videram?
Hem exuvias Eleazeri, quas poſt ſe reliquit coluber,
Dum per anguſtias repſerit. *Ni.* Tu me incoctum modo
Si in Judæum vertas, plaſquam Medæa olim præſtiteris.
Br. Faciam è Magiſtro Patavino ut confeſtim in Rabbinum tranſeas ethnicum.
Ni. Atque ut Lesbiam ſimul Hebræo cognoſcam idiomate?
Br. Id quoque, ſed excoriandus es interim, togam iſtam apage à te in primis.
Ni. Philoſopharis tu quidem, vetus exuenda prius eſt forma quam induatur nova.
Apage. *Br.* Chlamydem jam iſtam ſuperindue.
Ni. Quam concinne congruit?
Br. Projice nunc alveare iſtud à vertice, projice inquam, præcipita.

Quin

Quin proculcas etiam? ſedulo rem facis, hem tibi quo occipitium velatum habeas.

Rabbi Eleazer ſalve. *Ni.* Imo ego ſum Rabbi David Eleazer

Kimki Nicolaus, Ben Samuel, vir ſapientiæ, Dr. Talmudicus.

Br. Atqui Inſtitorem oportet eſſe meam qui ducit Dominam,

Exoleta meretrix eſt. *Ni.* Eo probatior. *Br.* At edentula.

Ni. Tanto oſculabor tutius. *Br.* At etiam olida. *Ni.* Sic aromata.

Br. Hircus capra dignus. Redi jam ad vos *Seignior.*

Cupido catus puer tenebras amat, timide ludit in crepuſculo.

Ni. Meum ſuavium! compenſabo tibi hanc operam, Græcas te docebo literas.

Br. Aufer te.

ACT. III. SCEN. IV.

Brilla, Aſellio.

Br. GRæcas literas? debes ludibrium mihi de Græcis literis,

Et quam mox exigam, penes me erit ne ingratus mariaris hodie.

Deus bone! quid me jam inter atque Magiſtrum Nicolaum intereſt,

Niſi

Niſi reliquiæ quædam philoſophiæ? Nam ſi ingenio
Deberentur hæc inſignia, mea utique eſſent, non iſtius aſini.
Age Brilla, nunc ſi quis accedat ad me literarum expers homuncio,
Quam doctè deridebo hominem? heus tu potin' mihi dicere
Quæ ſit ventorum cauſa, aut in qua regione generentur nives?
Non reſpondebit ſpondeo, niſi negative forſitan.
Non in Æthiopia, *ſcil.* ubi nigri naſcuntur homines. at quem video,
Mulum iſtum robuſtum quem hodie cum Judæo commiſi calcibus?
Effundam ego eruditionem meam in hunc fatuum.
Aſ. Video me apud Tiberium aliquo jam eſſe in pretio,
Qui res tantas huic committit cerebro, inſinuabo me ſtatim
In œnopolium, ibi ducatum hunc inter bibones exumam hilariter.
Neceſſe eſt clathratas has eſſe ædes ubi vinum venditur.
Br. Toxos Ingalomo Solymoyo Bonphio. Aſ. Quid iſtic loquitur?
Br. Gephalo Gaboli Betaleſo Togri. Aſ. Magus eſt, quam vereor admodum
Ne cacodæmonem ad nos evocet? quin hercle licentiatus eſt adoleſcens,

Percontabor

Percontabor illum de pallio priusquam excidat è memoria mihi.

Reverende puer. *Br. Coracte Belpho Mologeni. Aſ.* Si vacat.

Br. Condilo Pelagonti Borſo. Aſ. Si placet adoleſcens egregie.

Br. Quis hic obſtrepit meditanti? non licet Philoſophari furciſer?

Quin odioſe interpellas adeo? quis tu es? *Aſ.* Si quid artis in te eſt,

Et qui ſim noſti ſatis, & quid velim. *Br.* Numquid exploratum advenis?

Conſulam de utroque genium familiarem meum. *Colungno Dalor,*

Ephel Gaſgo? *Aſ.* Quæſo quid ſuggeſſit de me tibi?

Br. Primo ſatuum eſſe te. *Aſ.* Verum id quidem eſt, ſed non proprium tamen mihi.

Br. Pergam igitur ſciſcitari. *Patavoi bocco,* dicit Patavinum eſſe fatuum,

Tiberioni Sclavo. Aſ. Quid illud de Tiberio? *Br.* Tiberii furem.

Aſ. Vaticinatur, omnia ad amuſſim quadrant, deinceps autem.

Br. Bredi, Anconoi, Glazzo, Porphyro, Cambicio, Balphi,

Anconam veniſſe hodie, atque à lævo pallium perdidiſſe humero.

Aſ. Quanti, quanti eſt eruditio? promptius mihi enatavit somnia, quam egomet potui.

Nunc prudentiam tuam obſecro ut cum Arabico cacodæmone de pallio Recu-

Recuperando pauliſper agat. *Br.* Abi, abi, ſterquilinium,
Adeo inſolentem eſſe te? Non ſoleo plebeis hominibus
Artem ſecretam proſtituere, ne gratis quidem principibus.
Aſ. Age liberaliter Aſellio, & ducatum hunc eroga quicquid fiet de negotio,
Pallium ego pluris facio quam fugitivas mille meretriculas.
Cape ſis hoc munuſculum abeo, qui majora, ſi haberet, libenter daret.
Br. *Piſh*, quiſquilias. *Aſ.* Quæſo te hercle ducatus eſt. *Br.* Cedo mihi,
Accipio non ut mercedem operis mei, ſed ut tuæ ſymbolum gratitudinis.
Aſ. Fateor ne millecuplam hanc eſſe partem ejus quod tibi debeo.
Br. Et quicquid eſt lubens largiris libere? *Aſ.* Ex animo. (contingat tibi?
Br. Non repeturus, hodie ſi quid præter ſpem
Aſ. Vah repeturus? nunquam ædepol. *Br.* Ha, ha, he, vide (*He ſlips off the cloathes.*
Ne à pacto jam deſilias modo. *Aſ.* Idem nebulo'ſt,
Qui hodie me delufit prius, redde nummum ſi riſiſti ſatis: (peſſime?
Neminem præter me habes in quo te exerceas
Br. Quis huic pecuniam commiſit tam aperto aſino?
Aſ. Non reddes ducatum mihi? *Br.* Nullo modo, mihi ſervabo potius Qui

Qui ſapientior ſum, hac omnes lege naſcimur
Mortales, ut ſtultorum cati fruantur bonis.
Aſ. Demidium obſero te. *Br.* Age, tuo conſulam commodo.
Ducatum hunc ipſe potabilem facturum te dixti modo,
Mane hic paulum dum revortor, ibo tecum comes in œnopolium.
Aſ Dictum factum, redde te huc mature reduccm.

ACT. III. SCEN. V.

Aſellio ſolus.

Sæpe cogitavi animo, & miratus ſum, quid illud ſit,
Quod ingenium appellant homines, & cur inter cæteros
Stultior ſum ego, nec quicquam ſapiam: nam oculis quidem
Video ſicut alii, auritus ſum probe, hoc naſo odores imbibo,
Quotidie rebus interſum novis. At ubi ſita eſt hæc ſapientia?
Si in cranio delitеſcat, ego itidem ſum cerebroſus admodum;
In hac enim teſta gyros peragi quotidianos ſentio

Ab

Ab ortu in occaſum, ab occaſu rurſus in ortum ci-
etur cerebrum illud mihi,
Magna tempeſtas oritur, quoties tumultuantur
imaginationes meæ.
Atqui interim pueris ſum ludibrio & joculo; bis
me emunxit hodie
Nequam iſte qui abſceſſit modo. Nunc ſi inter
pocula
Solertem agam, atque herilem forte filiam con-
ſpexero,
In illum una atque totam hanc familiam ultio
mihi fuerit magnifica,
Ibo ovans ad Tiberium, & res geſtas ordine e-
narrabo meas.
At dum reputo, quid ſi is cum ducato fugam lon-
ginquam caperet,
Nec rediret denuo; nempe quod fieri ſolet,
ego
Ad herum reverſus audirem, Aſine, Funge,
Fatue,
Barde, Batave, Strips, Trunce, reliquaque mea
cognomina.
Salvus ſum, rediit, nunc qui Aſellionem dixerit,
omnia dixerit.

SCEN.

Act. III. Scen. VI.

Brilla, Aſellio.

Br. ASellionem ſe vocat, vaticinati ſunt parentes ejus
Cum nomen inderent. Non me alipedem putas Aſellio,
Qui tam expedite curro atque recurro? *Aſ.* Sane agilis es,
At ingenium iſtud tuum, oh quam vellem mihi,
Sed diis ita viſum foret! *Br.* Proh, Macheram hanc vide ſis,
In hujus acie ſitum eſt acumen meum. *Aſ.* Eia,
Tune pygmæorum imperator es contra roſtratas grues?
Br. Imo Hiſpanorum contra roſtratas naves Britannicas.
Sequere me Aſellio, deducam te ad commilitones meos,
Ibi vos ingentem Galeaſſam cæcubo onuſtam adoriemini.
Aſ. Non ſunt in illa ſcloperarii? Valde à bombardis metuo.
Br. Ne muſca quidem, mira navis eſt, cui ſalus intus eſt in viſceribus;
Hoc exhauſto ratis in ſicco deſtituta veſtram in ditionem venier:
Sed cave modo ne vehementior halitus cranium perturbet tibi, Aut

Aut irritet ſtomachum. *A.* Cavebo optime, pugnabo enim
Compreſſis naribus——Intra.
Br. Intra, neſcio quis adventat, nolo illum hilaritatis noſtræ participem.

Act. III. Scen. VII.

Aſtræa ſola cum literis *Lesbiæ*.
Takes them up and reads.

Aſt. SAt eſt, quid jam ſpiro amplius? quid vitæ moleſtiam prorogo?
Fidei me tuæ ſuperſtitem non oportet eſſe, nec patiar diu;
Miſeram me! cur renitentem animum tenaces retrahunt ſpiritus?
Cur non in manu fatum eſt meum mihi, quod in vobis jampridem fuit?
Tunc cum contempſit impius, cum & amorem meum,
Et nomen una abjuravit ſuum, cum ficam extorſit è manu vindicem,
Si ad pedes homicidæ concidiſſem, opportune fuiſſem mortua.
Aut ſi hæc me manebat injuria, inviſas ſimul
Ac tetigiſſem literas, in ſaxum diriguiſſem protinus.
Nunc vivo Deorum atque hominum miſerandum juxta ſpectaculum,

Et

Et commune odium; iratum patrem, amicum perfidum, sororem æmulam
Experta prius fuerim, nec dum infœlix satis; ac. cedat igitur,
Si diis placet, nova rivalis hospita, & beneficio adjungat contumeliam,
Etiam obviam hæc fiant in transitu mihi, ut pedes impinganr in injurias.
Quam libet istas nunc relegere, atque inter legendum emori?
Sed eccum ipsum, hoc ego perjurii convincam chirographo.

Actus III. Scena VIII.

Archaicus, Astræa.

Ar. VIdeone fœlicitatem meam, an falsa, ut sæpe antehac,
Ludor effigie? Cavete oculi, mox enim vos, si fallatis, eruam.
Ipsa est, quam frustra quæsivi toties fortuna tandem obtulit.
Quid habitum moror, qui vultus istos video? aliis non mihi
Consuta hæc est fallacia: O quam vestes alienæ decent etiam!
Qui puerum cogiter, Jovi Ganymedem non invideat,
Qui fœminam sciat, ipsam nec Junonem quidem.

Sed

Sed quidni alloquar? mea vita, ſalus, voluptas, gaudium.

Aſt. Monſtrum hominum, iterumne odioſus mihi in conſpectum irruis?

Ar. Nunquid ea non eſt? an promiſſi me violati arguit,

Quod Patavio diu nimis abfuerim? oh animæ cuſtos & ſervatrix meæ.

Aſt. Tyranne & carnifex meæ. *Ar.* Quin obſecro me purgare liceat:

Scis quam inſenſos Patavii reliquerim parentes juvenis,

Mater hic etiam obſtitit, viramque ſuſpectam habuit Academicam.

Quam ægre autem per tres continuos menſes Aſtrææ deſiderium meæ, (conſciam

Quamque moleſte tulerim, Deos teſtor, & luctus

Solitudinem, terramque lachrymis non ſemel noſtris irriguam.

Aſt. Quaſi vero id doleat mihi Patavium non rediiſſe te,

Menſe quo pollicitus tertio, & certe, nec diffiteor, dolet.

Sed ignoviſſem ultro; non me tam fatua Cupido face tetigerat

Ut levis aura flammam diſſlaret meam. *Ar.* Quid eſt mea,

Quod irata te perire merui? *Aſt.* Hoc ipſum quod neſcire ſimules;

Ah Archaice (ſed nolo nomen iſtud tam frequens ſit poſthæc mihi)

Perfidia, perjurium, contemptus, contumelia, hæc mecum
Deteſtantur ſuperi. *Ar.* Si quid horum crimen ſit meum,
Neque te deinceps Aſtræa, neque ſuperos placatos habeam.
Aſt. Hem, ſceleri mendacium adjungis, mendacio impudentiam adhibes.
Nemo ſtatim improbus, aliud ex alio peccatum pullulat.
Ar. Per ſiqua eſt hominum fides. *Aſt.* Nulla eſt ei nomen qui depoſuit ſuum.
Ar. Per Deos fallaciarum vindices. *Aſt.* Qui impune pejeravit ſemel,
Securus contemnit Deos. *Ar.* Per teipſam, qua nullum ſanctius
Eſt numen mihi. *Aſt.* Quid? quam repuliſti à te modo
Sacrilége? *Ar.* Nunquam ædepol. *Aſt.* Eia, quam labilis memoria eſt!
Num aufugit te, quod vix duabus abhinc horis hoc ipſo in loco geſſeris?
Ar. Diſcrucior animi, flagitium obſecro ut cognoſcam meum,
Ut expiare ſi non poſſum, luam. *Aſt.* Age, ſuccurram obliviſcenti tuæ;
Patrem, Paravium, me, amorem noſtrum, quicquid inter nos
Dictum aut geſtum eſt olim abjuraſti penitus, me atque Flaviam
Meretrices, Lupas, Hyenas dixti. *Ar.* Inſanus eſſem ſi dicerem.

Aſt.

Aſt. Vin' etiam ſcire cur hæc feceris? ne effutire
me hæc pures temere,
Lesbiam amas. *Ar.* Lesbiam? quis illa ut fit? non
novi virginem.
Aſt. Recte per Venerem, non noſti virginem, ſed
emeritam
Antiquam pellicem pernoſti probe. *Ar.* Mitius
quæſo te, mea:
Nullam ego unquam aſpexi fœminam, quæ cluat
Lesbia.
Aſt. Eia, peregrinus es domi, vicinæ non audi-
ſti nomen?
Aſt. Fieri poteſt qui per annos aliquot Anconam
jampridem abfui.
Aſt. Lepide, vereor ne ignotam ames, nunquam-
ne literæ
Abs illa ad te delatæ ſunt amatoriæ? *Ar.* nunquã.
Aſt. Hem igitur
Ipſa in Lesbiæ tuæ gratiam ultimum hoc officium
perſolvam tibi,
Et tabellarii perſungar vice: lege nunc per-
fide. (*Literas tradit.*
Ar. Archaice mi (ſic enim ſpes mihi mea te fu-
turum ſuggerit)
Si audacior quam par eſt, eſſe videor, quod igno-
ta adhuc tibi
Quicquam de te mihi pollicear, formæ tuæ, atque
indoli,
Si quid ſuccenſes, imputa, illæ captivam primo
ceperunt animam
Meam, & tenent haſtenus. O mea! egone ani-
mum ut inducerem

Novos amores quærere, cui tu indulsisses tuum?
Mira sunt hæc mihi, atq; hodie primum cognita.
Ignoscas huic
Infortunio, non culpæ: ego istam, quæcunq; est fœmina,
Quin amorem in me si velit perdat, non possum cogere:
At ne redametur à me unquam prospectum dabo.
Ast. Imo fruere,
Pro qua teipsum & nos pernegasti modo; hoc Astrææ unicum
Impendas oro, quod etiam nisi concedas, imperem.
Ar. Impera, vitam voveo facinori. *Ast.* Ut ubi me præsentem videas
Nunquam te fistas denuo. *Ar.* Jube me igitur ut oculos effodiam,
Ut luci valedicam penitus, aut in squallenti specu,
Qua solis radii non penetrent, æternis addicar tenebris.
Ast. Mihi quidem perire te parum expedit, sat est
Crucem si non videam meam. *Ar.* At mihi morte gravior est hic interitus,
Vitam si non videam meam. *Ast.* At si me ames facies.
Ar. Si amem mea? numquid amor exilium meruit? *Ast.* Non dico,
Sed quod perjurium meruit amor subibit subens, quid autem

Argumentis

Argumentis ago? ſtat ratum mihi præ ſtigiatricem iſtam faciem
Non pati in conſpectu amplius; malim Meduſæ monſtris horrendum caput,
Malim Lernæos vultus, aut hiantis rictum Cerberi. *Ar.* Quid feci miſer?
Quod tantum infœlix admiſi ſcelus? Cur me dira Deorum Nemeſis
Cruenta ſequitur? nec patris in ventum projeci cineres,
Nec maternum hauſi ſanguinem, non ego delubris Deûm
Sacratas opes clepſi, non patriam prodidi, non ſtupravi tuam
Apollo Pythiam, nec Veſtales unquam compreſſi virgines.
Sed quo vagatur animus? en *Aſtræa*, ſupplex en pedibus advolvor tuis.
Aſt. Amorem fingebas prius, nunc inſaniam ſimulas, at utinam preces
Valerent meæ, non eſſet opus fingere. *Ar.* Fœlices animæ,
Quas æternus invaſit ſopor; aut, ſiqua eſt umbrarum regio
Defunctis habitata manibus, ubi ſeveri ſedent Triumviri,
Et jura mortuis dicunt certa reficiendi neſcia —— quid agis?
Quo rapis? alate miniſter Jovis, quid caduceum vibras?
Quid motas petaſum? cur ultro ſequentem trahis?

Quo nunc obsecro? quis hic locus? quæ monstra? quis illic
Centum qui jactat brachia? nefandas quas video volucres?
Quæ ripa cupressis obsita? Quis cymbam agit ferrugineam
Crudo robustus senio? hei mei! luctus & squallor oculis
Occurrunt meis, & recentia, cruore nondum siccato, vulnera;
Infœlix Tyrias pectus quid saucium geris? nempe te desertam quereris,
Delusam, spretam? cedo mihi ferrum è manibus,
Præstitisti tibi remedium fœmina, ego vir non potero mihi?
Ast. Justa Deorum numina! tempestivam annuistis hanc ultionem mihi;
Quin semel vestram denuo precor exaudite supplicem,
Coercete furenti manus, nequid mali sibi, vel cuiquam inferat,
Liceat mihi salvum cupere, vel amoris causa pristini.
Ar. Redis ad cœlum Mercuri, sodalis jucundissime?
An mecum talis pauliſper lusitas?
Jace nunc, ah nequam, paxilli sunt hi suppositicii:
Venus ubi es? exurge venefica, heus tu, aufugit improbus,
Etiam cum depositio; plumas ego vellam tibi si deprendam, velox nimis.

SCEN.

Act. III. Scen. IX.

Nicolaus, Archaicus, Astræa.

Nic. SAtin' expectavi tenebras? credo Phœbum hodie meam vidisse Lesbiam,
Ita invitus occubuit, ut quasi retro ad eam respiceret nequam,
Produxit modo crepusculum. Pura puta jam credo nox est,
Ecce ut fenestris cœli stellæ certatim prospiciunt, illam uti
Transeuntem videant: fieri hac nocte nequit quin ex me atque Lesbia
Formæ atque ingenii miraculum futurus olim puer oriretur masculus.
Ar. Eho tu Phaeton, currus qui paternos regis,
Siste quadrupedes igneos, meque paulisper ut conscendam sine,
Ha,ha,he, vide reluctantem ut abripiant, cave autem ne decidas,
Infœlix puer! sistite ocyus, aut ego vobis præscindam ungulas.
Ast. Quis iste qui nos tam intente aspicit? averte oculos
Quicunque es à miserrimo omnium spectaculo.
Ar. Quid est quod imperes
O magni sæva Tonantis uxor? quem mihi proximum paras

Laborem? Nemeæum jubes me leonem aggredi: faciam,
Lustrabo sylvam, si qua forte prædatum è spelunca prodeat.
Nic. Miror quid Archaico contigerit, furentem video, tum puer etiam
Astræam refert graphice. næ tibi jam Nicolae pessimum
Impendit infortunium, quid ages? delabi hunc tibi fines,
Tam male habitu? an tuam ipse palam facies nequitiam?
Pudori cedes an periculo? *Ast.* Bone vir si superstitem capis
Adolescentem probum, huic jam mihique eadem succurras opera.
Deduc hominem, ubi quietem agat donec turbati resident spiritus.
Ni. Euge, hoc est scortari, rancidum admissarium: neque alloqui
Istos nunc audeo, neque respicere, castrabo mihi procacem carunculam,
Si contingat quod misere metuo. *Ar.* Tandem proserpit bellua,
Quo te abducis timide? obsecro te, bipes natus es,
Cum rutilanti ista juba? atqui quadrupedem dabo.
Ni. Oh, oh, invicte heros Alcide, noli innocentem occidere.
Ar. Nunquid homo es? exurge sis in pedes iterum.

Male

Male morate nebulo, ſiccine tergum obvertis mihi?

Br. Ha, ha, ha, veſtes Eleazeri vapulant; Rabbi ehodum ad nos modo,

Ni. Opportune Brilla ſervaſti me: atque iterum perdidiſti furciſer.

Ar. Ah! ſumne is quem omnes fugiunt atq; averſantur homines?

First opes the door and ſhuts it againe, Brilla at the next turne lets him in.

Quale monſtrum me ego, aut in quam feram tranſiiſſe arbitrer?

Actæonis fato functus an Lycaonis? properabo hinc ad fluvium,

Et Narciſſi me contemplabor ſpeculo. *Exit.*

ACT. III. SCEN. X.

Aſtræa, Eleazer.

Aſt. QUo me, quo tandem amoris potens adigis Dea?

Quouſque ſævis efferi progenies maris, ſpumæ ſoboles,

Parente levior? patere me obſecro tuum vel ut exutiam jugum,

Vel ſaltem ut feram adjuva. quid ex imbelli virgine

Triumphum ſperas? quin tu rigidum iracundum genus,

Aut truces urſas, aut indomitos leones tuis ſagittis perdoma.

Impar ferendis pectus fœmineum curis quid tantis oneras?
Hei mihi! quam nunc distrahor, quam undique fluctuat
Inconstans animus? nec possum non odisse perfidum,
Nec Archaicum quin amem queo. Stulta ego & temeraria
Diis si placet ipsis severior; omnis quæ impatiens moræ
Insanis precibus lenta ad vindictam coegi numina, sed nos miseri
Cæci mortales sumus, vota sæpe concipimus noxia,
Suspicionem, odium, iram, in consilium sumimus,
Foris rationem trudimus: Vos, quibus melius
Res nostræ quam nobis innotescunt, cœlites, non adeo
Proclives oportet esse, ut quas mente turbata preces effundimus
Ignari, imprudentes, quid vel officiat nobis, vel conducat nescii,
Ratas velitis illico: crudelis ista est clementia,
Et diis indigna feritas, mala petentibus dando
Circumvenire supplices. El. Ita est, dum huic consulo cadaveri,
Ædes latrocinio reliqui pervias, en autem patula
Futem ut invitat janua? mirum ni ego hinc inde peri em.
Circumspice autem Eleazere, ne quis hic forte cum ulnea traba.

Excubias

Excubias agat robustus verbero *Ast.* Ah Archaice, ego te
Immerentem perdidi, cum (quod fieri inter amatores amat) duriusculo
Fidem sermone tentares meam, tuam illico suspectam habui:
Quæ mihi silex obsedit tum præcordia, ut neque
Deprecantem, quem ipsa læseram, audirem, nec petenti veniam
Quamvis insonti darem? nam hæ quidem literæ
Quid aliud nisi te amabilem & formosum prædicant?
Sed sero sapis misera, si quis nunc precibus esset relictus locus,
Deos delassarem denuo, qui te tibi mihique juxta restituerent,
Sed indigna sum misella virgo tanta cui contingant bona.
At ubi non vacant votis, casto sæpe sanguine placantur superi:
Sic erit. El. Si hoc nunc stratagemate in plateas protrahar,
Et comprehendar ego, pulchre claudetur hæc tragœdia,
Præclarum huic urbi ludibrium præstabo hodie; observabo fores,
Neu quis intret aut exeat, pergat quo velit histrio.
Ast Quisquis Deorum author morbi meo nunc es Archaico, (innocentem libera,
Victimam hanc illabem pius & pacatus accipe,
Luam quæ merui mala. *El.* Hercle vero ne homicidii

Reus

Reus ſis Eleazare cavenda eſt cautio, eripiam ſa-
to hunc adoleſcentem,
Et divendam poſtea : Quid agis miſer? quid
ſuccenſes tibi adeo ?
Aſt. Quis tu, aut unde moleſtus interpellator
advenis?
Num alienæ te rei ingeris, eo quod nulla ſit quam
cures propriam?
Cedo mihi ferrum denuo. *El.* Ferrum puero? vi-
rum magis
Decet, præcipue Mavortium. Tu mecum in illas
ædes potius,
Cepi & ſervavi te ; jus gentium mancipium te
adjudicat mihi.
Aſt. Mancipium funge? ſi is es quem præfers,
haud facile feres hanc injuriam;
Itane vero alapam concoqais? quid ſi inſurgam
calcibus?
Quidni ferrum vibras timide? nudum ecce me, ſi
audeas, & poſſis, transfodi.
El. Puer es, puer es, ſaltem hic gladius mihi lu-
cellum dabit.
Aſt. Archaici curatorem Nicolaum video, opem
ab illo atque conſilium petam. (*Enter Pet.*
Seigniero Nicolae ſalve, miſerâ hodie res evenit
& inauſpicata nimium.

SCEN.

Act. III. Scen. XI.

Astræa, Petruccius.

Pet. NIcolaum salutat; apage Petruccium illiteratum asinum.
Num quid obsecro? *Ast.* Nosti quæ inter me atque Archaicum
Patavii gesta sunt. *Pet.* Non per Herculem. expediat me hinc
Deus aliquis, imo novi optime, quid deinceps? *Ast.* Eum hic
Nuper paulo alloquuta sum inclementius, at is impatiens animi
Præ dolore in insaniam incidit. *Pet.* Dicin' autem? *Ast.* Ecquid in re jam
Consilii atque remedii est? *Pet.* Manta modo, insanire ais illum?
Ast. Ita. *Pet.* Hercle misera res est; manta paululum, insanit ille?
Ad medicum ducendum censeo; quis est, quem insanire prædicas?
Ast. Archaicum dixi discipulum tuum. *Pet.* Archaicum discipulum meum?
Oh illum ad medicum deduci volo. *Ast.* Eia, barba huic quidem rubet,
Non est Nicolaus, sed alius quispiam scholasticus: mirabar quid ita
Perplexe responderet mihi, Eximie vir dolet interpellasse te.

Nugæ

Nugæ sunt, quam narravi fabulam. *Pet.* Valeiraque cum nugamentis tuis.

Ast. Tu etiam vale, & noctem tranquillam ducito, Jam ego Lesbiæ aures excalfaciam probe.

Actus III. Scena XII.

Petruccius, Brilla.

Pet. Tick, tock, *Br.* Quis fores pulsat nebulo? *Pet.* Brilla aperi.

Br. Quo nunc? *Pet.* Esne intus adhuc Lidonia? *Br.* Quid tibi cum Lidonia?

Nemo hac nocte Lidoniam hircosus insiliet scholasticus.

Seignior Petruccio, pæne oblitus fueram, adeo incedis scholastice.

Sed perinde'st. *Pet.* Quid ni intrem? *Br.* Alia res est. *Pet.* Quænam alia?

Br. Lidonia inaudivit omnia. *Pet.* Quî tandem? *Br.* Nescio sane, sed ita est.

Pet. Ubi vestes sunt meæ? *Br.* Cras scies, interim. *Pet.* Quid interim?

Br. Vale. *Pet.* Mallem caput comminuisses mihi, quam istho audissem nuncium.

Heigh ho, quam friget hac nocte cœlum? *Br. Petruccio,*

Non iratsceris mihi? mentitus sum modo, hæccine virtus est illa bellica,

Quæ semel repulsa corruit? *Pet.* Atqui majori rem nunc aggredior molimine. *Br.*

Br. Solve autem. *Pet.* Quid ſolvam? *Br.* Mercedem oſtiario.

Pet. Perſolvam oſtiario, qui tot portas perfregi ferrea? (*removeth him.*

Act. III. Scen. XIII.

Eleazer, Brilla.

El. HOmini ignavo nihil quicquam eſt quod cedat bene,
Dilabuntur ædes, fundus ſilveſcit, opportunitates pereunt,
Corrumpuntur liberi, ſqualleſt mercatura, paulatim macreſcit recula:
Curam hæc res poſtulat, ut bene agas & diteſcas affatim.
Hi mihi mores, hic ſemper animus fuit, rapere, premere, radere,
Aurum è ſterquilinio fodere, nova, vetera, pretioſa, vilia,
Gemmas, pueros, veſtes, ſupellectilem parvo emere,
Et magno rurſus divendere. Deum à pueritia coluj, & nunc etiam colo
Plutum Ben Mammon, ejus nimirum è Laverna Latia progeniem;
Nam avus quidem meus purus putus Hebræus fuit, ex Hebræis genitus,
Pater Græciſſavit aliquantulum, ego itidem Italiciſſo inſuper, Nunc

Nunc ſecura intus ſunt omnia, obſerata oſtia, & munita peſſulis.

Latronem invitabant modo, jam tuto provocant.

Recipio me rurſus in ſpeluncam Babilæ. *tick, tock*. *Br.* Quis eſt? (*whiſpers.*

El. *Seignior Capitano* Petruccio aperito fores, priuſquam diſſiliant.

Br. Fidem tuam *Seignior* aperuiſſem lubens, ſed metuo ne Eleazerus

Uſpiam in propinquo ſier, oppido periit ſi compareat.

El. Brilla ego ſum, numquid eſt periculi? *Br.* Fuge ocyus,

Intus jam ſunt qui te quærunt undecem claviger,

Solaria, cœnacula, conclavia ſcrutantur omnia,

Abacos, lectulos, dolia, etiam foricas rimati ſunt modo;

(Tumultuemini intus & pedibus ſupploſum facite.) *El.* Totus tremo, horreoque.

Quid agam? *Br.* Quid, niſi domi te abſcondas tuæ? *El.* Ut eo me

Sequentes odori dilanient canuli; & bona deripiant inſuper?

Imo hic præhendant potius. *Br.* Ha, ha, he, ut commovi hominem?

Ecce ſudor gelidus per malas fluit. Jocabar equidem, num timebas adeo?

El. Timebam? jocus tuus pæne vita mihi conſtiterat, Nemo igitur

Apud

Apud vos eſt qui me perditum velit? *Br.* (Imo quam plurimi)
Fuit hic percontator quidam cum auritis plagis, ſed ego hominem
Abegi ſtatim ad cacodæmona; Confide jam & intra.

Enter Aſ. halfe drunke, juſtles the Jew, he ſtarts and ſlips in behind Brilla, but offers to come back again.

ACT. III. SCEN. XIV.

Aſellio, Brilla, Eleazer.

El. PAtere ut exeam, conciliabo peregrinum mihi.
Br. Non aſpexit te adhuc, vin' tu in præcipitium ruere?
Aſ. Euge hic etiam quocum hodie pugnis certavi de pallio, eſt bonus ſocius;
Et incedit ſtratiotice: ſi de ducato jam reſtaret quippiam,
Optimi cæcubi ſextarium homini impenderem.
Here mi ubi es Tiberi, ubi te conveniam here mi?
Bona nova, bona nova, Flavia hic eſt in œnopolio.
Ego illam inter bibendum dum circumquaque limos tranſmitterem,
Diſcurrentem per gradus ſuſpexi modo: dextre hoc jam
Negotium peregi ego, cui retro omnia ſolebant cedere.

Hem

Hem ſentio vim vini, repit in cranio cerebellum mihi,
Heigh, nunc ad ſiniſtram ſerpit, heigh, nunc ad dextram denuo:
Subit elegantem cantilenam canere, quam puer didici.

Bacche pater uvæ ſator
Jovis alma ſoboles,
Cui debemus quod potemus
Succos iſtos nobiles.

Non Nepenthe (te præbente)
Cæcubum æquiparat,
Nectar dulce ſapor mulſi
Longe, longe ſuperat.

Quando metus, quando fletus
Corda nobis opprimit,
Hauſtus unus opportunus
Æſtus omnes ſupprimit.
ſa, la, la, la.

Heigh, ubi eſt Fabritii domus? heigh ho, ſa, la, ſo. (*Exit.*

SCEN.

Act. III. Scen. XV.

Brilla, Babila, Eleazer, Petruc. Nic.

Ba. ST! Brilla matura res eſt, diſtende vaulam.
Br. Fures, fures, fures,
Seignior Capitano ſuccurre nobis virtute tua, adeſdum Eleazere,
Magiſter Nicolae, fures, fures, fures. *Omnes.* Ubi, ubi, ubi?
El. Mirum ni in iſtis ædibus. *Pet.* Quo tu properas cum ornatu meo?
El. Quis tu es omnium? *Nic.* Hercle vero quid tibi cum hac togula?
El. Unde tu banc chlamydem peſſime? unde es? tenebo te.
Nic. Heus tu exue mihi togam & galerum, priuſquam in quatuor
Elementa te reſolvero. *El.* Antequam mea in manibus habeam?
Non faciam, aufer manum. *Nic.* Amici auſcultemus invicem.
Eſſne amiſtus hic tuus? *El.* Mea illum emi pecunia.
Nic. Et tu hunc gladium cum ſago tuum aſſeris? *Pet.* Meum?
Quem à nobili Polono detraxi cum pro Suevis in Campo ſtarem.
Ni. Et certe toga hæc & galerus mea ſunt, ego ea

Per

Per ſeptennium geſtando attrivi probe. *Pet.* Fieri hoc quidem poteſt.

Ni Quis tibi hunc ornatum dedit? *Pet.* Brilla. *Ni.* Quis autem tibi,

Hæc quibus indutus es? *El.* Brilla. *Ni.* Brilla hæc itidem mihi.

Unus nos omnes deluſit nebulo. *Pet.* Quem ego miſeris diſcerpam modis.

El. Babila eſt hujus author fabulæ. *Pet.* Diruamus ædes.

Ba. Removete vos ſpurciſſima mendicabula, niſi

Imbrem hic præſtolemini. *Ni.* Ah peſſima! ita comparata es

Ut viros graves pro ridiculo habeas. *Ba.* Ædes meas

Pro lupanari habitas? Abite in malam rem. *Br.* Babila,

Sine me ut ſterilem iſtum depilatum verticem perfundam lotio.

Ni. Τὸ σῶλυ ἀμάτημα τῆς φύσεως ut recte philoſophus.

Ba. Non abſceditis? cedo ſclopetum Brilla; habetis quæ veſtra ſunt,

Permutate ſultis pro habitu, atque his in poſterum abſtinete ædibus.

El. Concedite huc ambo paululum; veſtes apud me reſumemus mutuo,

Poſtea diſcedetis cubitum. *Amb.* Placet conditio.

Cantio

Cantio pro intervallo Actuum.

Percontator, & Cupido.

P. *Quis iste pusiunculus?*
C. *Lascivus sum deunculus,*
Proles Dionis unica.
P. *Cur nudus absque tunica?*
C. *Verus amor simplex audet,*
Nuda veritate gaudet.

P. *Quorsum puer arma geris?*
Mittas, mittas ista viris.
C. *Ætas, fateor, est tenella,*
Vis, quæ sufficit ad bella:
Sensit olim robur meum
Virum pater atque Deum.

P. *Cur alatus?* C. *Vapulatem*
Sæpe, si non avolarem.
Expes nemo est qui in amator
In me statim invehatur.
P. *Dignus es, qui sic amorem*
Semper misces & dolorem.

Act. IV. Scen. I.

Incipit ſummo mane.

Fulvius, ſolus.

QUI aliquid apud ſe ſtatuit, nec rationem prius
in conſilium vocaverit,
Si quid eveniat commode, fortunæ debet non ſa-
pientiæ. Multa ſunt
Indicia, quæ amicam meam, & ſororem, una &
hanc hoſpitam
Meretrices ſuadeant, neque ego aliter rem even-
turam puto,
At ſi eveniat, ſicut multa inopinato ſolent con-
tingere,
Virgo dolore contabeſcet ſtatim miſella miſere
mihi
Pœnitere ſolum erit reliquum, & ſtultitiæ pœnas
luere.
Præcavenda ſunt hæc mala, & curandum pridie,
Ne quid poſtridie doleat. Valedicam ei jam, &
lugubrem hanc cantilenam canam.
Si è feneſtra proſpiciat forſitan, obſervabo ſedulo
Vultum, ſermonem, lachrymas, ſi quid fictum aut
Crocodilo deprendam ſimile.
Qui nunc experimentum experior, tantum Me-
diolanum
Cogitabo ſerio,

Cantic

Cantio Valedictoria.

ALma, beata, bella Flavia.
Addio contuois ſtrati & darti
Allor e beſogno ch' andi via
E laſci tuoi amoroſi ſguardi.
Addio belliſſimo cuor mio,
O Flavia addio, addio.

Giama kabeban ſylve un paſtore
Piu ver alimpa ch' a ti ſonio,
Non era biu fidel ſervitore
Il Giovi transformeſi Dio.
Addio &c.

Ma nondimeno il mio fato
Voreba deſto mi laſciarti:
Aſpetta poco, fra breve rato
Retornato io per baſciarti.
Mient' Addio Flavia cuor mio,
O Flavia Addio, Addio.

Fla (e feneſt.) Archaice. *Fu.* Atrope, nam perinde id tibi
Cognomentum eſt atque Archaico mihi. *Fl.* Ignoſcas, oblita ſum:
Falvi igitur quid iſtæc ſibi modo cantilena voluit?
Ful. Quid voluerit? tibi in æternum valedicere.
Fl. Nam quo abis obſecro?

Ful.

Quo tu nunquam ſpero pedem inferes: vale ſis,
& ubi quenquam videas
Amentem, excordem adoleſcentulum, falſo nomine
Patavina fabula ineſca ſi potes hominem, mihi
Vacat & libet ſapere. *Fl.* Mane, deſcendam ad te ſtatim.
Ful. Labori parce, non opus eſt, vale. *Fl.* Imo ad te jam venio.
Ful. Veni, munitus ſum contra blanditias probe, nullam me ſententiam
Mutare adigent lenocinia, planctus, lachrymæ: exploratione ſemel habita
Si purum metallum prodeas, eris mihi deinceps auro in perpetuum potior.
Fla. Abſentiæ tuæ jam debeo Fulvi quod noctem hanc moleſtam & inſomnem duxerim.
Ful. De abſentia tibi videris, at faxo ne præſens poſthac tibi
Moleſtiam creem. *Fla.* Jamdudum huic rei cautum eſt virtute tua,
Et pulchritudine mihi, ne ingratus adeſſe unquam queas.
Ful. Atqui melius proſpectum fuerit ſi ne adſim quidem. *Fl.* Minime melius.
Ful. Imo melius famæ & vitæ meæ. *Fl.* Prohibeat Deus:
Num illæ apud me pariclitantur tibi? *Ful.* Famæ à te quidem,
Ut aperte eloquar, vitæ à ſorore tua metuo, quæ virgo maſcula

Subligata

Subligata per plateas ambulat, ferrum intentans omnibus
Qui se Archaicos dici gravate ferunt. *Fl.* Suam ipsa
Causam Astræa peragat; ego potius quam famæ labeculam
Aspergam tuæ, lubens hanc è venis sponte dispergam sanguinem.
Ful. Sic est Flavia, dum amores castos & tutos sperare potui,
Animam adjeceram tibi; nunc multa mihi fidem faciunt
Artem, non amorem, esse qua me attraxisti modo, locus,
Hospites, frequentia, sermo hominum qui mihi facti sunt foris obviam;
Vereor ne diu nimis sub Venere stipendium feceris.
Fl. Siccine autem Archaice? (non enim rogas ut qui sis te ignorem amplius)
Hoccine tibi cum amorem flocci feciſſes ad injuriam defuit,
Ut & crimen intentares pudicitiæ? scit animus tuus
(Atque utinam vita tibi mea tam chara esset, ut nota est & perspecta castitas)
Scit durus ille animus gratis ista & sine causa dicier.
Ful. Scilicet ad Pataviam jam relaberis, satis aures meas
Heri atque hodie ista exercuit historia. Cape sis pessima.

De illiberali homuncione loqui si forte occasio tulerit,
Nunquam inter Pamphilos tuos mercatorem citabis è Mediolano sordidum. *Pisth!*
Fl. Age quando ita lubet Archaice, omnes in me hodie contumelias
Confertim ingere; at eo ne abjicias quæso ut hirundinem putes pecuniariam.
Ful. (Placet hoc certe) vin' potius osculum elegantula?
Fl. Friget amor quæ non figit oscula. *Ful.* Utinam non nimium
Quæ tu figis caleant; absterge jam prius orificium;
Et longum vale, *Fl.* Cui nunc me fato relinquis Archaice?
Fu. Ita per Deos, ita execrare me isto nomine cum tergum vertero.
Fl. Quid autem Ancona in longinquum abis? etiamne Astræam deseris?
Fu. Te atque illam diis manibus devoveo, atque abeo vobis quam potero
Longissime,

(*Exit in forum.*

ACT.

Actus IV. Scena III.

Babila, Brilla, Flavia.

Fl. ARchaice, Fulvi, per Deos & homines mane, redi mel mecum.
Siccine abis neque me doces quid deliquerim, aut qua de causa succenseas?
O Venus quid ergo amare est, ni fallax & breve somniare somnium?
Quid amor nisi dulce ludibrium? quid spes nostra nisi bulla dissiliens cum tumet maxime?
Ecquis jam est mortalium qui mecum certet miseriis,
Aut cui non affatim infœlix videar, deserta, in solitudinem
Damnata, ignora inter ignotos agens, delusa insuper,
Et contumeliosa habita? Hactenus vixisti Flavia,
Hic terminum figam, ex plebo dehinc umbrarum numerum.
Quid enim aliud supereſt, cui periit vitæ voluptas meæ?
Molitur animus evolare ex hoc corporis ergastulo, atque illum sequi,
Quocunque se recipiat, & vel invito frui: abiit, abiit cum eo
Cordis desiderium mei, & sequaces peregrinantur spiritus.

De illiberali homuncione loqui si forte occasio tulerit,
Nunquam inter Pamphilos tuos mercatorem citabis è Mediolano sordidum. *Pissh!*
Fl. Age quando ita lubet Archaice, omnes in me hodie contumelias
Confertim ingere; at eo ne abjicias quæso ut hirundinem putes pecuniariam.
Ful. (Placet hoc certe) vin' potius osculum elegantula?
Fl. Friget amor quæ non figit oscula. *Ful.* Utinam non nimium
Quæ tu figis caleant; absterge jam prius orificium;
Et longum vale, *Fl.* Cui nunc me fato relinquis Archaice?
Fu. Ita per Deos, ita execrare me isto nomine cum tergum vertero.
Fl. Quid autem Ancona in longinquum abis? etiamne Astræam deseris?
Fu. Te atque illam diis manibus devoveo, atque abeo vobis quam potero
Longissime,

(*Exit in forum.*

ACT.

Actus IV. Scena III.

Babila, Brilla, Flavia.

Fl. ARchaice, Fulvi, per Deos & homines mane, redi mel mecum.
Sicccine abis neque me doces quid deliquerim, aut qua de causa succenseas?
O Venus quid ergo amare est, ni fallax & breve somniare somnium?
Quid amor nisi dulce ludibrium? quid spes nostra nisi bulla dissiliens cum tumet maxime?
Ecquis jam est mortalium qui mecum certet miseriis,
Aut cui non affatim infœlix videar, deserta, in solitudinem
Damnata, ignota inter ignotos agens, delusa insuper,
Et contumeliosa habita? Hactenus vixisti Flavia,
Hic terminum figam, explebo dehinc umbrarum numerum.
Quid enim aliud supereſt, cui periit vitæ voluptas meæ?
Molitur animus evolare ex hoc corporis ergastulo, atque illum sequi,
Quocunque se recipiat, & vel invito frui: abiit, abiit cum eo
Cordis desiderium mei, & sequaces peregrinantur spiritus.

Jaceat hic onerosa paulisper moles cadaveris, mens interim
Vagetur libera, atque excessum perjucundum faciat.
Br. Quonam illa in plateas exit tam diliculo? ecce autem ubi
Somno jacet sepulta, nimio hæc mane surrexit hodie.
Vah pueritiam hanc, opima hæc essent adulto spolia:
Quam placide dormit columba, neque stridet dentibus,
Neque rostro ronchissat, uti solet Lesbia, quam lente fertur spiritus?
Hercle paleam anhelitu non despergeret: ut pallet autem!
Me miserum, riget etiam! Babyla prodi celeriter, virgo hic jacet mortua.
Babyla, quid moraris improba? quin statim foras egredere,
Ba. Quid tantæ rei est, ut sic incomptam evoces? invenistin' advenam?
Br. Invenerim? utinam ipsa quæsitum exiisses; vide ubi jacet exanimis.
Ba. O salus, & tu hic otiosus astas verbero, neque genas pectinasti modo,
Nec infudisti frigidam, nec mandibula divulseras, neque nares pressteras? abi statim,
Atq; huc phialâ aquæ cœlestis è superiore abaco, hem claves, propera.
Domina erige te (*snap*) superi te servassent, erige te modo,

Quin

Quin properas? quid hæres? prælibandum jam
tibi eſt, (nunc fauces aperi.
Etſi hæc vitæ diſpendium faciat; cedo mihi,
Br. Hei mihi, mordet Babila. *Ba.* Tene modo,
dii vortant bene.
Incurva illam, & ſuſtine: diis gratias, ſanguis in
genas rediit. *Br.* Sine me, jam
Suſcitabo fœminam è mortuis, hercle vivit, ſuffu-
rabor oſculum (Ah peſſima,
Priuſquam ſentiat. (*Fl. Gemit & ſternutat*) *Br.*
Itura eras ad inferos modo, neque valedixeras
prius? (copia? quî vales?
Siccine te nobis inconſultis emori, nec dum petita
Fl. Archaice, Fulvi, ubi eſt? quos hic video?
Anconenſem hoſpitam?
Tune etiam ſequuta es? poteras tibi vel è capſula
de impenſis ſatisfacere.
Ba. Domina collige te rurſus, atque animum re-
voca. *Fl.* Ubi ſum?
Anconam reverto denuo? *Br.* Nonne melius
hic quam inter plures, ô bona?
Fl. Numnam is etiam rediit? *Ba.* Quem intel-
ligis? *Fl.* Archaicum,
Fulvium, Patavinum, Mediolanenſem illum me-
um. *Ba.* Qui heri hic diverſus eſt?
Rediit? quonam abierit? non emunxit nos ſpero.
Fl. Me vide, (Neq; abiit quod ſciam.
Nihil damni capies, ſed num rediit obſecro? *Ba.*
Fl. Quid ergo diviſiſtis nos modo, quid me erro-
re defraudaſtis optimo? (ſentiam.
Miſera ſi ſim neceſſe eſt, non tamen neceſſe eſt

Sinite me ærumnas saltem consopire, & voluptatis umbra perfrui,
Postquam vera aufugerunt gaudia. *Br.* Ego sermonem hunc non calleo,
Ætas mea non assuevit planctui. *Ba.* Num an âris adolescentem?
Fl. Scilicet. *Ba.* Atque is amore respondebat tibi. *Fl.* Ita visus est.
Ba. Quid ergo contigit? *Fl.* Perinde tecum nescio, sed accessit ad fenestram modo,
Cantilena valedixit mihi, cumque id ferrem ægrius,
Pro scorto compellavit inhumaniter; nunc etiam abiit
Durus amoris immemor & fidei: Quid jam videtur hospita?
Satin' hæc acerba sunt & gravia pectus quæ fœmineum premant?
Ba. Atqui audi fis; nonne nostratem quendam aiebas te amare heri?
Fl. Imo nunc vulnus tetigisti meum; hic idem est alio vestitu atque nomine;
Neque dici se quem olim, neque dignosci patitur.
Ah me! pater intervenit. *Br.* Labascit iterum, cape phialam Babila.

ACT.

Act. IV. Scen. IV.

Aſellio, Tiberius, Brilla, Bab.

Aſ. REcipio in me here Flaviam in iſtis me vi-
diſſe ædibus.
Ti. Cave quid in te recipias, perpol enim ni ita
ſit, hunc baculum
Quam mox humeris recipies. *Aſ.* Hercle ingra-
tum hoſpitem. *Ti.* Dabis mihi
Ebrietatis & mendacii pœnas duplices. *Aſ.*
Ebrietatis? malùm!
Quia hilares fuimus & ego paulo pedibus infirmi-
or: hoc ſcio
Feci plus quam ſoleo, confeci negotium, recupe-
ravi tibi filiam.
O, oh here mi quid iſti Flaviæ faciunt? *Ti.* Quid
agitis?
Non pudet vos patrem tam diu celaſſe virginem?
fer opem
Æſculapi, an deliquium patitur? *Ba.* Simul ac
te aſpexit, ſtatim
Defecit miſera. *Ti.* Flavia quid times? patrem
vide ſis.
Ba. Obteſtata nos eſt ut ſi illam cuperemus ſuper-
ſtitem, unico
Apud nos ut pateremur triduo deliteſcere. *Ti.*
Flavia
Attolle languidum caput, haudquaquam iraſcor
tibi mea Flavia.

Ba. Indulgentem & bonum ſenem, ecce ſuſpexit modo cum hoc diceres,
Nimis metuit ne te offenſum habeat. *Ti.* At ignoſco facile,
Si quid præter officium amoris cauſa feceris; confide animo.
Br. Ædepol ſimulat callida: ut oculos jam rotat?
Fl. Patrem ne ego video?
Ah pater! in ueri non ſuſtineo canitiem iſtam à me deſertam turpiter.
Fateor equidem, (ſi quid hoc eſt) fateor, curis & mœrori tuam
Ætatem prodidi. *Ti.* Melius me noviſſe poteras Flavia,
Quam ut adventantem exhorreſceres; eſto, imprudenter feceris
Tu & Aſtræa, cum Amaſium prætuliſtis patri, ideone ego
Mores immutem meos? facilitati & lubentiæ ab adoleſcentia
Animum ſemper applicui, eam continuo viam inſtiti,
Quæ ad humanitatem & veniam duceret, hæc mihi vitam jucundam reddidit,
Hæc crudam & ſucculentam ſenectutem præſtitit.
Ba. Atque mecaſtor ſapis;
Facis ut te liberi ament magis quam timeant. *Ti.* Nunc tu mulier,
Quanquam familiæ tuæ parum devinctus ſum, ancillæ præſertim de lotio,
Quod minitata eſt, hujus ſaluti proſpicias ſedulo, non incommodum Hoc

Hoc tibi fuerit, tuque etiam Flavia hodie teipſam compara
Uti Patavium cras mecum remees, illic jamdudum tibi
Amantem honeſtum, divitem, dignum te deſtinavi conjugem,
Quocunque baſilice vivas, atque ædibus imperites tuis.
Fl. Obſecro te pater, ſi me vivam cupis, ut ſi Archaico ſorte excidero,
Clauſtro inſertam velis, ubi vita ſit mihi votis & fortunæ conſona.
Ti. Interim jam ſtulta es tibi & ſorori pariter injuria.
Fl. Minime vero ſorori jam pater, quam æque ac me deſeruit,
Ancona neſcio quo gentium profectus peregre.
Ti. Illamne etiam? Ubi nunc eſt Aſtræa? Illam una tecum ducam domum:
Si quid cum ea poſthac velit faxo quærat Patavii;
Hæc veſtræ proclivitatis culpa eſt, quæ ultro amabiliſtis hominem.
Continete vos dehinc, ne ſe amari ſentiat, nec mihi credite,
Niſi brevi tanquam canis famelicus redeat ad vos caudam jactitans.
Introeamus autem in hoſpitium, ubi audiemus integram
Ituneris veſtri & amoris fabulam.

Actus IV. Scena V.

Brilla, Nicolaus.

Br. HEigh ho, metuo ne hic dies grande aliquid ſecum importet malum,
Ita nihil præter luctum audio: invident opinor ſuperi
Heſternam nobis hilaritudinem. Quid autem Lesbia?
Ut mihi malas utrinque mulcebit alapis, cum reſciſſet mox omnia,
Mea nequitia depulſum ab ea militem, ex quo ludum nocturnum ſperabat ſibi,
Decimo poſt menſe alterum à ſe naſciturum Herculem.
At quid ego meditor, cui mendacia fluunt quotidie extemporanea?
Non ſolet hoc me ingenium fallere, hoc fretus heræ meæ ſtatim
Objiciam; præſtat multo rixantem audire, quam ploranrem fœminam.
Sed eccum Nicolaum, quam vultuoſus ingreditur? miror ut ferat
Heſternæ noctis infortunium, recipiam me in latebras,
Atque obſervabo hominem. *Ni.* Miſere mihi torquetur animus,
Poſtquam naturæ ſecretis inveſtigandis operam tot annos dedi,

Unumque

Unumque jam reſtabat abditum arcanum mihi dum id in Lesbiæ
Meæ corpuſculo rimari cupio, repulſam tuli, pueris & fœminis
Ludus jocuſque factus ſum: vereorque adhuc ne popello fiam fabula.
Quid faciam? quî nunc hanc fiſſuram famæ meæ reſarciam?
Br. Famæ timet: prodibo audacter ad hominem, ſi vel digitum
Suſtollat, infamiæ larva perterrefaciam. Rabbi Eleazer
Cum quinque nominibus, quid tibi Lesbia videtur hodie,
Satin' laſciva & in lecto mobilis? *Ni.* Tune poſt indignam hanc
Contumeliam audes me aſpicere? Caſtigabo te tamdiu virgula,
Donec anima per poſticam exeat. *Br.* Quæſo quod futurum eſt
Nomen puero? num Ariſtotelem dici placet? Nicolaum Ariſtotelem?
Ni. Facetum puerum, auriculam huc mihi, *Br.* Parcas mihi quæſo *Seignior*;
Ego te per totam civitatem celebrabo hodie, faciam ut œnopolia,
Tonſtrinæ, theatra omnia nomen Nicolai perſonent;
Quam venuſtus amator fueris, quantus fallaciarum artifex,
Denique quam laute pro tuis meritis exceptus à mea Domina. *Ni.*

Ni. Heus puer si ethicam didicisses, taciturnitatem coleres,
Eamque commendares Babilæ, pueris & fœminis,
Ornamentum longe pulcherrimum. *Br.* Absit ut tantum facinus
Suo careat præconio! quin hercle literas Patavii
Ad amicos mittam, qui tuas ibi laudes dispergant per Academiam.
Ni. Vin' tu mihi silentium vendere? *Br.* Rarissima merx est, & proinde carior.
Ni. Emam quantivis sit pretii. *Br.* Quantum tibi opus est? visne unciam?
An semissem, an totum assem potius? *Ni.* Volo altum & omnimodum
Silentium, quod susurrum æque excludat ac clamorem: volo
(Si & illam venalem habes) oblivionem omnis hesternæ rei;
Ut cum hæ animæ sedes mutarint suas per Pythagoricam Metempsychosin,
Nemo hæc quisquam resciscat per Platonicam Reminiscentiam.
Br. Cedo nummulum. *Ni.* Hem hercle sub hac lege ducatum tibi.
Br. Certe pluris constat: verum hoc pretio adducar facile
Ne quid scribam Patavium: duos jam ducatos alteros,
Anconam celabo etiam. *Ni.* Pessime nummatus sum ædepol,

Sed

Sed poſtquam in manus tuas incidi, docebo te quamlibet ſcientiam
Gratis; ſic tu, quaſi auditor Pythagoræ fueris,
Silentio tibi comparabis ſapientiam. *Br.* Nempe ejuſmodi ſapientiam,
Cujus tu ſpecimen præbuiſti modo: age nummos mihi,
Tibi ſerva ſapientiam. *Ni.* Extorſiſti jam mihi unius menſis integrum
Stipendium. *Br.* Vides quam benigne agam, quod tibi recurrit menſtruum,
Ego ſemel in perpetuum capio. Nunc quod Babyla munuſculum
Mittis, ut illa etiam taceat? *Ni.* Tu exorabis eam. *Br.* Si ita jubes
Navabo operam: bene ſit tibi, hera mea opperitur domi.
Ni. Imo jam Brilla eſt ut palmariam mihi præſtes operam,
Si ad Lesbiam properas. *Br.* Dic ocyus quid eſt,
In quo tibi ex uſu ſiem? *Nic.* Dominam tuam non amplius
Fraude aggrediar, & malis artibus, nec in unam noctem expeto,
Ut libidinis paroxyſmum leniat: honeſtiori, diis gratias,
Flamma pectus exarſit meum; nuptias Brilla, nuptias meditor,
Niſi illi decretum ſit eſſe & manere cœlibi. *Br.* Tædet hunc hominem

Liberatis

Libertatis ſuæ, nam ſi Lesbiam duxerit, Dominã duxerit,
Non conjugem: mihi utcunque promovenda res eſt. *Ni.* Quid ais?
Br. Quid vis? *Ni.* Opem tuam & conſilium. *Br.* Satis in te tibi
Præſidii atque opis eſt: meum vero conſilium audaſter uti
Rem aggrediaris, & ſtrenue urgeas, heram meam invenies
Amori caſto facilem, quod magis proclivem, & (quod tibi
Dictum non oportebat) præcipitem, quippe quæ te jamdudum amat,
Sicut omnes etiam, quibus eſt quod viris eſſe debet & ſolet. *Ni.* Men' amat?
Br. Te inquam. *Ni.* Certe ſympathia inter nos eſt mutua,
Neque enim poteſt aſſignari cauſa naturalis quare me præ cæteris
Amore proſequatur ſuo. *Br.* Præ cæteris, quis dixit Aſine?
Verum tute jam obſtas tibi, qui moras facis. *Ni.* Non me contineo amplius
Quin ejus explorem animum. Qua autem lingua præſtantiſſimam fœminam
Affari decet? eſtne linguarum conſcia? num Græcam didicit?
Br. Sane nullam callet admodum præter illam quam à matre accepit parvula,
Plus tamen niſi caveas illa pollebit unica, quam tu omnibus,

Vel ſi Mithridatem Ponticum dialectorum varietate ſuperes.

Ni. Sed amat literas? *Br.* Illas quibus nomen tuum ſcribitur.

Ni. Serio Brilla, putaſne me perſuaſurum ei, ut unum fiamus hodie,

Neque per compoſitionem, neque per aggregationem, ſed per conjugii

Copulam indiſſolubilem? *Br.* Confido equidem, ſi adlabores gnaviter.

Ni. Si hoc ita contigerit Deæ deinceps Poſtuortæ apud me obtinebis locum.

Br Præibo tibi *Seignior*. Bene eſt, habeo jam quo obturem os Lesbiæ. *Ni.* Nunc ſciam ego

Prout Rhetorica modo me adjuverit, quo fructu Fabium,

Et Quintilianum legerim: Eſtne autem Archaicus ſui compos iterum?

Brilla tu mihi ſternes viam apud Lesbiam, confeſtim adfuturum dicito.

ACT. IV. SCEN. VI.

Nicol. Fulvius.

Ni. UNde prodis Archaice? hæccine adoleſcentulum decent ingenuum,

Vociferare, furere in plateis, depalmare homines, ut quiſque factus eſt obviam?

Numquid te Judæus læſerat, quod ei heſterna nocte tam rigide Corium

Corium depexeris? *Ful.* Ita eſt, ut dixi ſæpius;
Conſtantiſſime hic inſaniunt homines. *Ni.* Retorſit in me inſaniam,
Manifeſta res eſt, pulchram hic occepi fabulam, agam deinceps mitius.
Scio non frequenter hæc accidere, & niſi Lydoniæ
Suſpicionem augerent lævam, poſſem animo haud iniquo pati.
Ful. Belle hic nimirum illi me eſſe vult curator adoleſcentiæ;
Quid eſt quod pati poſſes, nempe quo dignus es abigi hinc faſtibus
Prægnantem in aliquod magnum malum, cum hirquina gravitate tua
Et ſententiis putidis? *Ni.* Heu, non eſt irritandus hic mihi,
Heſternum obtinebit illico. *Ful.* Adeſdum autem (novam hic
Perſonam introduxit fabulæ) Archaici pridem nomine
Nihil quidem uſitatius, quis autem Judæus obſecro?
De illo nunc primum audio. *Ni.* Neqnam, ſceleratus homuncio,
Dignus hercle verberibus, ſed indignus qui tua vapularet manu.
Ful. Nam quis ego ſum omnium? *Ni.* Heri qui fueris, neſcio,
Hodie ſi ad te redieris idem qui prius, *Ful.* Docte admodum,

Nempe

Nempe Archaicum diceres. *Ni.* Nempe te. At Archaice,
Si quid mihi & matri tuæ debes officium, quæ plorans ſedet perdiu
Tuam gemens abſentiam, nunc illud face, atque illam inviſas comiter.
Ful. Amove te hinc, ego matri proſpexero. *Ni.* Benigne feceris, vale. (*Exit.*
Ful. Quouſque demum durabit hæc nubecula? Nemone eſt qui replicet
Hæc ænigmatum involucra? imo Flavia præſtabit mihi;
Cujus hoc jam inſtituo examen ultimum. Si invenero
Feſtivam & deliciis plenam ex quo diſceſſi modo, valebit illa illico,
Nummus ſalvebit mihi: Si ſollicitam forte offendero
Et mœrore obrutam, amoris hoc mihi tantum fuerit augurium,
Vitæ quam illi valedicam prius: quis prodit? hoſpita eſt cum ſilicernio,
Qui ſe patrem puellæ perhibet: hic mihi quam mox aut ſocer erit,
Aut vetus inſignis nebulo,

ACT.

Act. IV. Scen. VII.

Tiberius, Babila, Asellio, Ful.

Ti. Fleri non potest ut tanto itineri convalescat satis, quisquis gentium est
Sive Archaicus, sive alius; si illum forte hujus facti pœniteat,
Nisi pensaret nobis hanc ægritudinem, nunquam amplectetur Flaviam.
Hoccine apud vos moris est virgines hac forma & ætate ludefieri?
Ba. Habe animum pater, rediit ad nos denuo.
Ah cor adamantinum,
Quî hoc tibi in mentem venit virginem insontem perdere,
Quæ culpa tantum commeruit nefas? nisi amare sit flagitium.
(Ut nihil dicam quod de hospitio mihi non satisfeceris)
Quid aliis homicida? *Ful.* Homicida? Deos precor ne mortua sit.
Ba. Perte quidem perierat, atque ægre revixit modo. *Ful.* Ut videtur itaque
Serio me amavit hospita. *Ba.* Plusquam oculos & animam.
Vix è conspectu aberas cum misellam reliquit spiritus:
Nisi aquam cœlestem insudissem (quam apud me semper paratam habeo Ne

Ne quid contingat ejuſmodi) ducendæ jam eſſent exequiæ virginis.
Quæ etiam nunc manet infirmior. *Ful.* Ah pectus! quare enim ego te
Non plectam merito, quod ſuſpicionem iſtam indignam intro miſeris?
Amores meos nimium ſapiendo & cavendo prodidi;
Nam pol illa ſi me poſthac ejuret in perpetuum, haud inique facier.
Ti. Depone larvam Archaice, ſatis jam ſimulatum eſt diu.
Ful. Hoc quidem biduo Archaicus ſum, ſed per ſummos cœlites
Hoc primum biduo. *Ti.* Tum ædepol mendacem circumſers effigiem.
Ful. Perhumane ſenex (ſi dignus ſim qui interrogem) quam ego hodie
Injuriis laceſſivi virginem, tuane'ſt filia? *Ti.* Mea per fidem
(Per uxoris fidem dico) mea. *Ful.* Infœlix & imprudens ego,
Quid autem extenuando culpam adaugeo? imo & ſacer & ſacrilegus
In illam, in te, in meipſum hodie ſceleratus extiti.
Ti. Videris, nos non laboramus admodum, vindictam ſuperis
Facile permittimus. *Ful.* Ignoſcite potius ei, qui ſibi
Quam vos poteſtis, multo ſuccenſet magis. *Ti.* Redi tecum in gratiam

Primus

Primus, adhuc enim hercle nobis exemplo es ut
iraſcamur tibi.
Ful. Ideo meipſum odi quod vos iratos fecerim, neque tamdiu
Non odiſſe queo, donec veſtra me mihi conciliabit venia.
Ti. Quis te moratur adoleſcens? Mediolanũ ituriebas modo,
Patent portæ, via expedita eſt, tempus monet, avocant negotia,
Flavia non obſtat tibi; ego inſuper uti domum redeas te obteſtor ſedulo.
Quid agis? quid hæres hic diutius? *Ful.* Hæream? imo à te
Et clementia tua prorſus pendeo, & miſellæ ſpei carnificium patior.
Ti. Aſellio cura hodie ad navem comportentur omnia, quæ huc attulimus,
Quæque hic empta Patavium relaturi ſumus. *Aſ.* Neutrum fieri valet.
Nam neque pallium quod huc attuli comportare poſſum, & quod hic emi,
Jamdudum vino reſperſi parietes; ſed parabo, quæ ſuperſunt, omnia.
Ti. Me apud Fabritium convenies, cras primo mane navigabimus. *Aſ.* Intelligo.
Ti. Reſtat mulier curandum tua nequid reſpublica detrimenti capiat.
Ba. Tuo tempore *Seignior*, ſit hæc obſecro tibi curarum ultima.
Ti. Nunc igitur ad amicum eo, *Ful.* Nondum per Charites, Sed

Sed mecum intra ad Flaviam, illam poſco & appello judicem;
Illam vitæ meæ & necis arbitram eſſlagito. *Ti.* Contra jus facis,
Provocas è ſuperiori curia, mihi Flavia parebit ſcio.
Ful. Nunquid hoc etiam negas illam ut te præſente alloquar?
Ti. Age, perſuaſiſti mihi, libet operam tecum pauliſper perdere.
Ba. Amice factum mecaſtor, atque optime: virgo non poteſt,
Ubi illum ſtatim viderit, quin omnem excutiat ægritudinem.

ACT. IV. SCEN. VIII.

Aſellio, Archaicus.

Aſ. QUam prudenter proſpexi pallium modo, ne mihi
Iterum onuſto moleſtum foret: hercle æquum eſt me amare hos humeros,
Mecum nati ſunt, mecum vixerunt hactenus, tum etiam
Si forte deliquerim, plagas inſontes ſubeunt, quas ego merui;
Ego interim nihil quam pro illis ploro dum vices meas vapulant.
Juppiter & Dii cœlites! adoleſcens congeminatus eſt qui intro abiit Cum

Cum Tiberio. *Ar.* Tantumne mœchum diis præesse & hominibus?
Hic orbem regit, qui exulare pudicitiam jubet? formosam esse virginem
Aut scelus est, aut sternit ad scelus viam. Vidi his Astræam oculis
Cum frustra invitam aquila raptaret ignea;
Vidi cum caput astris conderet, & cœlum novo
Bearet sydere. *Af.* Papæ! quam ænigmatice loquitur?
Auscultabo homini si forte discam ex eo sapere.
Ah. Non hæc fuisset lucis nox tantæ conscia
Sine hac facula. O superi satis jam ulti estis humanum nefas!
Prometheo retulistis paria. *Af.* Prometheo, obsecro te, figulo?
Qui meum tritavum ex luto psalmavit affabre. *Ar.* Cedo manum,
Juppiter hodie uxorem ducit, tu mecum ages tripudium.
Af. O lubentissime. (*Dance*) quid ex hujus sermone intelligo,
Jovi à consiliis est, addicam me illi in clientelam hodie.
Ar. Quanta in hoc homine relucet naturæ bonitas?
Tu me amare posses si esses fœmina? *Af.* Immanissime.
Ar. Euge quam responsat comiter? & exorari etiam in conjugium poteras?
Af. Imo ultro te maritum expeterem. *Ar.* Et pueros omnes pareres

Mei ſimiles? *Aſ.* Præter pulchellam unicam, quæ, niſi quod
Barbatam non optarem, meam geſtaret imaginem.
Ar. Itaque moroſa eſſes uxor, nec eadem velles quæ placerent mihi,
Tum ego te calcibus inceſſerem venefica, & foras plorantem ejicerem.
Aſ. Quid interim me facturum putes? velocem illico fugam capeſſerem. *Exit.*

Act. IV. Scen. IX.

Arch. Aſtræa.

Ar. DII boni ut artem natura multis modis exuperat,
Utque ego huic jam fungo ſuam invideo ſtultitiam!
Adeo vitii ſpecies vera virtute, licet non melior ſiet,
Aliquando tamen plus conducit: mihi ſi brevis hæc inſania
Perpetuum amorem creet, ſumma deinceps habebitur ſapientia.
Licita fraus eſt amicæ proterviam fallere; amare quæ didicit fœmina,
Miſereri diſcat modo, affectum cito ſentiet rediiſſe priſtinum.
Aſt. Vivis adhuc Archaice vita & voluptas mea, & incolumem

Te huc fistis denuo? fax int hoc mihi numina; nunquam hoc pectusculum
Iræ posthac erit & suspicioni pervium, quin omnes ego
Injurias deglutiam, & decoquam potius; quid refilis miser? (*he stareth on her*
Ar. Cruenta noctis filia sive Jovis supremi jussu, sive tua magis
Sponte in immeritum sævis, depone has iras, & in tenebras
Te nativas recipe: nam ut dignus tanto cruciatu fuerim,
Non tamen merui qui sic affligar perpetim. *Ast.* Imo ego sum,
Quæ perire debeo, quæ te atque meipsam (nisi Dii utrisque prospiciant melius)
Infœlix perdidi. *Ar.* Ha, pincernam suum demisit Juppiter,
Qui me ad prandium vocet, spondeo, atque iterum revoco,
Saturnus apud illum convivatur hodie mucosus senex,
Hostis is meus est, venire nolo. *Ast.* Archaice Astræa te tua
Ad se atque teipsum revocat, spondejam huic convivio,
Ubi hospes amica futura est, atque amor ferculum,
Bellaria, prout decet, suavia labiorum affatim perfusa Nectare,
Hostes exulabunt tui, blandæ confabulationes catervatim confluent, *Ar.*

Ar. Videor hanc vidiſſe faciem, ſed neſas videre denuo. *Aſt.* Specta dum lubet,
Tranſpice ſi potes Archaice, nullam in me rugam videris,
Niſi ſi quas inaravit dolor. *Ar.* Ha, hercle non audeo.
Aſt. Quid times miſer? *Ar.* Iſtos oculos ne in meos ſcintillent metuo,
Deinde pectus incendant mihi, & ſic vivus ardeam. *Aſt.* Ne metuas,
Phœnicis rogo cremabere, ſi flammam ex me conceperis,
Ætatem renovabis, non perdes tuam. *Ar.* Ha, ha, he.
Aſt. Quid riſiſti obſecro? *Ar.* Ha, ha, ſtultitiam tuam. *Aſt.* Et merito,
Quæ quam in manibus tenebam modo demiſi anſam fœlicitatis meæ.
Ar. Non ædepol, nam ſi ego in Phœnicem tranſeam, fœmina mihi non opus fuerit.
Ar. Si id utique contingat, indignante natura duo phœnices erimus.
Nunc iraque, mel meum, fœdus inter nos amoris æternum Cupido ſanciat.
Ar. At irata es mihi? *Aſt.* Mecaſtor minime. *Ar.* Atqui te & Flaviam
Meretrices, lupas, Hiænas, malas beſtias appellavi modo.
Aſt. Nunquam factum eſt, aut ſi factum, ignoſco lubens. *Ar.* Atqui alia neſcio quæ

Literas ad me dedit amatorias. *Aſt.* Et ego illas intercepi literas.
Ar. Sed feſtiva es, ludos ut ſoles facis. *Aſt.* Tum dii me perdant,
Nimio mihi conſtat jamdudum linguæ laſcivia. *Ar.* Ergo iterum
Sereno fruar æthere? *Aſt.* Confide meum ſuavium, vultus tuus
Ut affulſit primum omnes facile fugavit nubeculas.
Ar. Quæ autem cautio ne cœlum rurſus occupent? *Aſt.* Tu diem reges,
Tu Phœbi ſellam capies. *Ar.* Bone Dieſpiter! qualis Labyrinthus eſt amor!
Quos flexus, quos anfractus habet? quæ bivia? tandem quam lætum exitum?
Ut ego hunc animum ſentio pleno prægnantem gaudio!
Sic qui perplexæ vicit errorem viæ, confecto ſemel
Viator lætus exultat itinere. Quid reſtat mea,
Quam ut parentes ambos res palam fiat? Tiberium enim
Te atque Flaviam quæſitum Anconam veniſſe audio.
Aſt. Patrem meum? infœlix nuncium, vereor ob fugam meam
Ut redire in gratiam velit. *Ar.* Lidonia etiam

Suſpiciones

Suſpiciones ſiniſtras alit ; ſed parum eſt modo inter nos conveniat,
Similem facile petulantiam expugnatam dabimus.
Tu mecum ad nos ibis, mundum illic muliebrem tibi
Mater mea ſuppeditabit, & veſtes, quas ipſa olim geſtare ſolita eſt
Tuam cum ætatem ageret. iſthæc hodie ſufficiant modo,
Poſthæc omnia conſient nova. *Aſt.* Quid veſtes moror ?
Tecum Archaice ſaccus byſſum ſuperat, & panni ſunt potiores purpura.
Ar. Manum mea. *Aſt.* Et cor una, Dii nobis propitient parentes hodie.

Cantio.

Eraſtes, Euelpis.

Er. O *Quam ſpinoſis amor incedit viis,*
Quanto voluptas dolore conſtat brevi!
Eu. *Quid refert? annon multis eſt potior ævis*
Æ rumnas una fœlix quæ claudit dies?
Æ ſtivas cordis flammas, & brumas odii
Ver ſpei excipit, Autumnus gaudii.

Er. *Quis autem æſtus iſtos, quis brumas ferat?*
Quis mentem anxiam, & moram pendentis ſpei?
Eu. *Sibi qui fa vet nihil eſt advorſum ei,*
Sortem meretur mente qui fauſtam gerit.
Mitte timere, metum Cupido neſcit,
Securus fati ſpe nixus acquieſcit.

Act. V. Scen. I.

Babila, Tiberius, Fulvius.

Ba. SIne te exorari pater priuſquam abeas. Ti.
Tace tu potius,
Mea eſt, meo nubet arbitrio: nolo facilitate mea

Comparare

Comparare mihi pœnitentiam, & ludibrium filiæ. *Ful.* Non opu'ſt,
Ecce me, non diſtortus ſum, diis gratias, non lippio oculis,
Lingua non balbutit admodum, non divaricantur tibiæ;
Natura matrem ſe benignam præbuit, nec fortuna noverca eſt penitus,
Eſt mihi unde honeſte vivam, & non nihil etiam quod ſuperfluat.
Ti. Pergin' oculos meos Archaice in re nota falſitatis arguere?
Si Aſtræa minus deinceps placeat, atque iſtam præoptares tibi,
Quidni diceres? quid nobis pellucidas iſtas objiceres fallacias?
Ful. Archaicus? is nimirum eſt, qui amori viam præcluſit meo,
Ejus ego caninam effigiem gero. Dii illum hodie
Obvium præſentent mihi, faxo nomen ſuum ſibi vindicet,
Mihi Fulvio eſſe relinquet liberum. *Ti.* Satis te Patavii
Jamdiu pugnacem experti ſumus. *Ful.* Patavii? Patavium hercle
Non magis vidi quam pecuniam. *Ba.* Adeo difficilem te *Seignior*?
Ego tam eleganti nihil poteram prorſus negare ſupplici. *Ti.* Credibile eſt.

Bi. Utinam Jodocus meus decem pedes jam esset sub terra conditus,
Non desiderares diu conjugem. *Ful.* Vide omnes astipulantur mihi,
Hospita causam dicit, virgo me ipsa demoritur,
Tu solus obstas misero, solus qui facere fœlicem potes.
Ti. Egon' ut sim adversus tibi? minime gentium hercle,
Si aliam quam meam habes; minime is injuriam facit,
Qui liberis consultum cupit. *Ful.* Quis melius consulit,
Quam qui amantem dilecto, [& amanti mutuo desponsat filiam?
Ti. At qui fraudem parari sentit, & sibi postea imponi patitur,
Stultus est de industria. Vultus iste tuus Archaice
Linguam convincet falsi. *Ful.* Quam ego nunc in hoc pectusculo
Fenestram optarem fieri, ut citius totus paterem tibi,
Faciem hanc illico falsariam diceres, quæ Archaicum adeo
Mentitur graphice. *Ti.* Tun' persuadebis hic mihi
Ne te norim hodie? *Ful.* Si quid fraudulenter dixerim,

Elige

Elige quem Deum mihi infensum velis. *Ti.* Nullo modo, quin potius tibi
Cuivis per me licebit esse, quam te devoveas: interim
Deliberare, pendere animi, nihil temere statuere,
Pedetentim res tantas agere, viciſſim hæc indulgebis mihi,
Istæc hanc ætatem decent; venialis est in sene culpa morositas.
Ful. Apage illam: frons istæc irrugata, fausta & luculenta pollicetur omnia.
Ti. Lepide ita me dii ament: vereor ne mellitis lenociniis
Promissum mihi vel ingratis extorquetat. Adolescens audi sis modo.
Ful. Eloquere, obsecro, aures meæ sitiunt sermonem tuum.
Ti. Neque credo quæ dicis mihi, nec tamen prorsus displices,
Filiam meam non spondeo tibi, nec interdico penitus.
Ful. Quid ergo imperas? *Ti.* Sperare patior, modo ne confidas nimium.
Ful Nempe me diffindis miserum, atque inter spem & metum
Mactari dimidiatum jubes. *Ti.* Neutiquam hercle, sed agam tecum comiter,
Vide nunc puellam denuo, alloquere, & blanditiator sedulo,

Partes tuas age, illam uti ſtabilem concilies tibi,
Modo integrum jus mihi paternum maneat, nihil prohibeo protinus,
Quod probi ſolent. *Ful.* Atque id ratum eſſe jubebis poſtea,
Quicquid inter nos convenerit. *Ti.* Pace tua fidem
Obſtringo nullam; hodie negotium quieſcat volo,
Cras, prout res ceciderit, aut mecum Patavium,
Aut tibi lectum excalefacier. *Ful.* Dii te ſoſpitent:
Ego intus ad illam propero, ut amabili conſortio
Deludam hujus diei culæ tædium. (*Exit.*) *Ti.* Siquid homini
Certum eſſe poteſt, quod clara luce oculis aſpexit ſuis,
Scio Archaicum hunc eſſe, qui filiam majorem meam
Amavit olim Patavii, hujus nullam prorſus rationem habuit;
Mirum ni ille poſtquam animum mutavit ſuum,
Atque hanc amare cœpit, nomen diſſimulavit etiam,
Ne leviculus amator videri queat,

ACT.

Act. V. Scen. II.

Tiberius, Babila, Aſellio.

Aſ. QUis me homo fortunatior, cui ea quæ perierunt, in manum redeunt?
Here mi, pallium, ecce recuperavi mihi pallium.
Ba. Quiſnam hic eſt,
Qui lætitiam parturit? *Ti.* Servus meus eſt, bene eſt. tace modo.
Aſ. Taceam, qui recuperavi pallium? adeone hoc leve videtur tibi?
Quin per totum diem celebrabo fortunam meam.
Ba. Obſtetricabor homini ſuum ut exponat gaudium, nulla erit quies,
Niſi uterum expediat onere: unde nunc pallium habes?
Aſ. Nauclerus vidit cum deciderat, ſuſtulit, atque apud ſe repoſuit,
Mihique reſtituit modo. Iterumne te his ego oculis video pallium meum?
Quod æſtatem & hyemem excludis mihi. O feſtum diem!
Ti. Quin quieſcas ergo demum? *Aſ.* Non quieſco, ita fortunam mihi
Semper habeo propitiam, ibo, & ſacrificabo diis omnibus,

Jovi ſummo Deo & Neptuno, ut iſtum naucle-
rum terra & mari
Conſervent ſoſpitem, tandem ingenio meo, qui
illum elegi locum
In quo pallium perderem, & ipſum recuperarem
denuo.
Ti. Hem tibi ut taceas. *Aſ.* Hocine eſt rem be-
ne gerere? jam illic jaceat,
Uſque dum ſuſtollat aliquis, qui humeris ſuccen-
ſet ſuis,
Mihi chariores ſunt ſcapulæ, quam ut vapulare
geſtiam.
Ti. Tacen' igitur? *Aſ.* Taceo. Dii te pleſtant
venefica,
Quæ herum irritaſti hic adeo. *Ba.* Hem reſume
tibi pallium.
Aſ. Quid tibi malùm cum meo? *Ba.* Hercle tu
jam moroſus es,
Et nimio nimis irritabilis: Ecquid me vis am-
plius?
Ti. Ut Flaviæ dicas uti caveat ab iſto, ne amo-
rem contumelia
Penſatum habeat; manta autem, nam ego Archa-
icum alterum
Adventantem video, & Aſtræam una; nimium
hæc mihi mira videntur omnia.

ACT.

Actus V. Scena II.

Tib. Bab. Astræa, Arch.

Ar. IN vado jam sumus, mea: nunc maturos licet
Fructus amoris carpere, multa quos coxit dies,
Et frequentes rigarunt lachrymæ: sed eccum patrem. *Ast.* Me miseram!
Ar. Seignior Tiberio, tune etiam in vespertino ætatis tuæ
Tanto par es ineneri? ita salvus sis ut non poteras
Interesse nobis opportunior. *Ti.* Salutem Archaice,
Eandem, qua me impertis, exopto tibi: sed quid ista deserrix ait,
Quæ vitæ à me acceptæ atque anxie conservatæ hactenus
Beneficium nuper pensavit prodige? Quid te quæso pepulit,
Ut canos hosce quibus jampridem senectus aspersit cineres,
Mœrori dealbandos dares? *Ast.* Hoc primum est pater quod enixe exopto,
Quid actum sit ne spectes amplius, sed quid me impulerit,

Potens

Jovi ſummo Deo & Neptuno, ut iſtum naucle-
rum terra & mari
Conſervent ſoſpitem, tandem ingenio meo, qui
illum elegi locum
In quo pallium perderem, & ipſum recuperarem
denuo.
Ti. Hem tibi ut taceas. *Aſ.* Hoccine eſt rem be-
ne gerere? jam illic jaceat,
Uſque dum ſuſtollat aliquis, qui humeris ſuc cen-
ſet ſuis,
Mihi chariores ſunt ſcapulæ, quam ut vapulare
geſtiam.
Ti. Tacen' igitur? *Aſ.* Taceo. Dii te plectant
venefica,
Quæ herum irritaſti hic adeo. *Ba.* Hem reſume
tibi pallium.
Aſ. Quid tibi malùm cum meo? *Ba.* Hercle tu
jam moroſus es,
Et nimio nimis irritabilis: Ecquid me vis am-
plius?
Ti. Ut Flaviæ dicas uti caveat ab iſto, ne amo-
rem contumelia
Penſatum habeat; manta autem, nam ego Archa-
icum alterum
Adventantem video, & Aſtræam una; nimium
hæc mihi mira videntur omnia.

ACT.

Actus V. Scena II.

Tib. Bab. Aſtræa, Arch.

Ar. IN vado jam ſumus, mea: nunc maturos licet
Fructus amoris carpere, multa [quos coxit dies,
Et frequentes rigarunt lachrymæ: ſed eccum patrem. *Aſt.* Me miſeram!
Ar. Seignior Tiberio, tune etiam in veſpertino ætatis tuæ
Tanto par es itineri? ita ſalvus ſis ut non poteras
Intereſſe nobis opportunior. *T.* Salutem Archaice,
Eandem, qua me impertis, exopto tibi: ſed quid iſta deſertrix ait,
Quæ vitæ à me acceptæ atque anxie conſervatæ hactenus
Beneficium nuper penſavit prodige? Quid te quæſo pepulit,
Ut canos hoſce quibus jampridem ſenectus aſperſit cineres,
Mœrori dealbandos dares? *Aſt.* Hoc primum eſt pater quod enixe exopto,
Quid actum ſit ne ſpectes amplius, ſed quid me impulerit,

Potens

Potens amor tyrannus, cujus in ipsos imperium
est Deos.
Ti. Nunquæ amoris lex est parentes quæ jubet
negligi?
Ast. Archaice tua causa feci, quicquid à me pec-
catum sit modo,
Præsta quod debes patrocinium, & patrem exo-
res mihi.
Ti. Imo sibi hominis officium præster, & natam
restituat mihi
Domum reducendam crastino. *Ar.* Amice cha-
rissime
(Quam gestio autem qui te patrem vocem?) per
amorem tuum pristinum,
(Neque enim succurrit quo te obtester potius) si
quid olim
Placuit in me tibi, cum mensa me ignotum,
& sale
Communicares tuo, id nunc uti tibi in mentem
veniat,
Ne hanc amoris pœniteat mei, neve mea
gratia
Te alienatum sentiat. *Ti.* Suades igitur
mihi,
Ut totus in amicum transeam, patrem me esse non
meminerim,
Deseri senectutem meam, liberos à me fugam
capere.
Haud inique feram? At tu posthac spondeo cau-
tius observabere.

Quæ

Quæ excurſas adeo, pedes iſtos lubricos
Quernæ conſtringent ſoleæ, ne deinceps extricentur facile.
Ar. Genium tuum appello jam Tiberi manſuetum illum & exorabilem,
Neq; novum eſt quod hæc fecit modo, neque inſolens omnino fac inus,
Vix hercle culpa, ſi tecum reputes; non tui tædio,
Sed quod me deperiret magis (indignum fateor) abſceſſiſſe virginem:
Amare qui permittit liberis, cum amicis eſſe non ſuccenſebit nimium.
Aſt. Quin ignoſcas pater: nam quod te prius, quam exierim domo,
Non conſuluerim, fateor id factum quidem eſſe durius;
At ſi Archaicum meum (cui vita conſtitiſſet ad Patavium reditus)
Abſentem excuſſiſſem penitus, oppido quam mihi pectus fuiſſet ferreum.
Ti. Imo nunc ferreum peſſima, quæ patrem abjeciſti verulum,
Adamanti ut hæreres tuo: ſed eſto irarum ſatis;
Factum eſt, infectum fieri nequit; tu mihi nunc
Illum qui intus eſt cum Flavia prodire jubeas, atque illam ſecum educere.

Ba. Quan-

Ba. Quantum conjicio, bina hæc hodie columbatim coibunt paria.
Jucundum ædepol circa has res ministerium est mihi,
Posteritati prospectum cupio. (*Exit.*) *Ti.* Comparate vos jubeo
Uterque ut rem miram videatis illico; ostendam tibi mox Archaice
Teipsum alterum, hominem tam undiquaque tibi similem,
Ac si tu idem fores: numquid vultum penitus pernosti tuum?
Ar. Opinor equidem ita *Ti.* Ecce nunc modo, quid istic videtur tibi?

Act. V. Scen. IV.

Tib. Arch. Ast. As. Fla. Ful.

Ful. Quis hic se Archaicum muncupet? (mitte me paulisper Flavia)
Distringe gladium. *Ar.* Quale hoc monstrum est? *Ful.* Tibi
Multo quam oportet similius, stringe inquam. *Ar.* Quid stringam ego?
Me non læsisti quod sciam quidem, quid infortunium appetis?

Contine

Ti. Contine te, quid agis? cur effervis adeo? *Ar.*
Libera hominem,
Magni hic alicujus flagitii conſcius eſt, imaginem
pertimeſcit propriam,
Hoccine ſolenne eſt adoleſcens tibi? num ita
furis,
Quoties in ſpeculo iſtud forte contemplas ca-
put?
Ful. Quæſo mea; hic ille eſt vultus meos qui clep-
ſit plagiarius,
Cujus odioſum nomen tantos hic excitavit tu-
multus heri atque hodie.
Ar. Si quid in te melioris luti ſit ferrum recondas
denuo,
Ac verba mecum placide permutes paucula *Fla.*
Æquum petit.
Ful. Ac tu idem jubes voluptas mea? quid ais?
Ar. Expecto.
Quid tibi temperiem perturbavit adeo? *Ful.* Cau-
ſa non levis,
Heri Anconam veni, hic me ut occurrebat quiſ-
piam,
Clara voce Archaicum compellabat ſtatim; nemo
erat
Quin familiarem ſe ingereret, & falſo nomine ſa-
lutaret memoriter;
Ego primum mirari quid vellent ſibi, negare me
illum eſſe,
Quem crederent: poſtmodum ubi nihil præter
Archaicum

Undique

Undique ſonaret auribus, ſuſpicari, iraſci, rigide reſponſum dare:
Aderat matrona quæ me filium aſſerebat ſuum, renuntiavi protinus,
Anxiam à me remiſi fœminam: ſcholaſtico commovi animum,
Qui magiſtrum venditabat ſe meum, & ſupercilioſe increpabat admodum,
(Vapulaſſem credo hercle niſi quod adoleveram:) tum duas virgines
Indignis tractavi modis, & probris immerentes affeci peſſimis;
Sed ignovit jamdiu Flavia; tuq; etiam, quæ (niſi cæcutiunt oculi)
Succincta nuper ambulabas veſtitu maſculo, poſtquam hæc
Facierum detecta eſt fallacia, iram non retinebis amplius.
Aſt. Quod ultro ſupplex tum tibi, ut quod imprudens & tui neſcia
Temere aggrediebar facinus, communi huic errori tribuas.
Ful. Facio equidem. *Ar.* Quid horum eſt adoleſcens quod ſuccenſes mihi?
Ful. Certe cum altius cogito nihil magnæ rei. *Ar.* Ego ædepol
Non commiſi in te hodie, neq; quid velles, cum me ita provocares athletice,
Conjectare poteram, niſi faciem forteſſe hanc, cum tua.

Poſt-

Posthac ne fratrizaret nimium, cicatricibus distinctam dares.
Ful. Erat id, fateor, in animo, sed jam non opus facto est, quippe nos
Amores dehinc nostri, uterq; qui sumus palam confestim facient.
Fla. Ergo me perire jubes Archaice? *Ar.* Imo fœlicem vivere
Cum eo, quem tibi fors nuper quidem obtulit, at vero numina
Maritum jam olim designarunt futuri præscia.
Ful. Deliciæ meæ, noli obsecro nunc demum amoris nostri telam retexere.
Ast. Tun' hic iterum turbabis omnia, quasi non pridem satis
Turbarum fuerit? *Ti.* Intempestive te interponis Flavia;
Quid? huic jam te obtrudis ingratiis qui amantem amat alteram;
Hercle stulta es; Quin tu illam Archaice, quæ affectu respondet tibi
Habe, & cum diis fruere. *Ar.* O faustam diem! *Ti.* Atque audin'
Hac lege illam despondebo tibi, audin'? *Ar.* Bibulis auribus.
Ti. Ne ego Phœbum peracto gyro recurrentem videam,
Quin hic venter doleat. *Ar.* Luculenta sane conditio.

Ti. Dein

Ti. Deinde puerum prægrandem pariat, qui me avum vocet,
Meamque me defuncto possideat reculam. *Ar.* Nimium me beasti pater;
O quam matrem his verbis interesse cupio? accersi jubebo protinam.
Tick, tick. Phrygio, ehodum, progredere huc ocyssime. *Ph.* Quid est here?
Matrem huc accerse nobis, atque illam ora ut acceleret,
Convenisse me puellæ patrem dicito. *Ti.* Adestum Flavia,
Quare ego te tristem video? num quod mihi placeat,
Quodque ex æquo factum esse judico, me feciſſe, id ægre est tibi?
Fla. Mihi equidem pater, quicquid feceris, æquum videri decet,
Tua sum: at certe, ut aliquantulum doleam, ubi præsente me
Meum illam amplexantem videam, id quod in me fœminæ est, facit.
Ti. Num te hoc pungit? amplexare tu illam etiam si lubet;
Multas mihi curas hic dies demet si vos ambas elocavero,
Jampridem est cum catulientes expertus sum, & timebam continue
Nequis aliquando genitus audiretur è postico ædium.

Quid

Quid ais? ſatin' hoc placet? *Fl.* Non equidem diſplicet.
Ful. Porin' animum inducere voluptas mea ut meo me ames nomine?
Fla. Mecaſtor facile, quanquam pudet non melius hodie vidiſſe oculis.
Ti. Vidiſti ſatis ſi adjunxiſti illum tibi, cujus ne pœniteat poſtea;
Duplici me nunc onere exoneravi, maxime Patavium
Expeditus redibo denuo. Archaice hæccine mater eſt tua,
Quam ex ædibus exeuntem video? *Ar.* Ipſa eadem.

ACT. V. SCEN. V.

Tiberius, Lid. Archaic. Aſt. Ful. Fla. Phrygio.

Ti. SAlve ſit præſtantiſſima Domina. *Li.* Tuque etiam diis curæ ſis.
Hiccine Patavinus is eſt ſenex Archaice, cui tantum tua cauſa debeo?
Ar. Hic eſt mater qui me ingratum juſſit vivere & mori;
Cujus etiam beneficia memorare ſi velim nequeã, nedum penſare valeam.

Li.

Li. Istoc ex te jam pridem audivi, & gratissime recolo. *Ar.* Atqui jam modo.
Opus fecit palmarium, quo reliqua sua coronaret beneficia,
Desponsavit mihi filiam. *Ti.* Tibi si id ita placet.
Li. Utinam æque superis ac mihi: nunc Archaice deperum est,
Quod animum tuum inquietavit adeo, eris posthac inter nos hilarior.
Ar. Imo nunc mater lubentiis atque lætitia redundo protinus.
Sed viden' illum hominem? spectrum est meum, contuere obsecro.
Li. Quis tu es itaque? nam ecastor hic meus est Archaicus.
Ar. Nollem equidem, nam si esset, hanc etiam haberet sibi.
Li. Archaice, quid hoc novæ rei est, quem ego meum asseram?
Aqua aquæ non est similior, quam hic est alteri, Archaice.
Ar. Mater. *Li.* Nonne tu es? *Ful.* Ædepol minime.
Ti. Isthæc facierum paritas ingentes hodie turbas dedit.
Ful. Mihi vitæ creavit periculum. *Ar.* Meq; pene homicidam fecerit.
Ti. Flaviæ deliquio sopivit animam. *Ar.* Me ita implicuerit quidem,

Nihil

Nihil ut supereſſet conſilii, quin ſanus inſanum agerem,
Ut te Aſtræa reducerem in mentem bonam. *Li.* Quin tu itidem eras,
Qui me heri excuſſiſti tibi, & renuntiaſti patrimonium mihi.
Ful. Memini certe, & fateor, & dolet, ſed quid facerem qui vos ignorabam penitus?
De meipſo dubitare cœperam. *Li.* Certe mira ſunt hæc, & intrica ſatis omnia;
Sed mihi magis quiddam præſagit animus, quodque vos omnes faciat
Lætitia gravidos. numquis dixit adoleſcens, aut alias, tute ipſe ſcis
Vbi natus ſueris? *Ful.* Non me ludibrium facies ſi dixero?
Li. Nihil minus. *Ful.* Tum hercle quantum novi ſum ex genere terrigeno;
Nec patriam, nec parentes habeo, quos ſciam? *Li.* Euge, ex ſententia
Reſpondes commode. *Ful.* Neſcio an ex ſententia, verum hercle
Quod res eſt dico. *Li.* Vbi igitur educatus, aut quo pacto
Generoſo iſto tinctu imbutus & ſuavi indole? ſermo, geſtus, facies,
Iſta tugurium non olent. *Ful.* Nec inde (diis gratias) prodeunt.
At ſi quid in me eſt quod ingenue natum arguat, (quanquam vereor)

Ne

Ne humanitati quam judicio plus debeam tuæ) id, inquam, Laberio
Dulciſſimæ memoriæ amicus, & juventutis ſuſceptor meæ
Suum factum vindicat; ejus exemplo & monitis inſtructus primum hodie,
Et hucuſque inter homines ago: is me ſupra fæcem plebeculæ
Sua liberalitate extulit, & à pueritia honeſte apud ſe habuit,
Ejus me ſuſtentarunt hactenus, atque etiam nunc ſuſtentant opes.
Li. Virum optimum, cujas eſt? *Ful.* Utinam eſſet, dum in vivis erat
Mediolani mercaturam exercuit, ubi annis abhinc tribus
Diſceſſit ſine liberis, quippe qui cœlibem ætatem egerat,
Meque hæredem teſtamento ſcripſit bonorum omnium.
Hoc etiam honeſtamenti loco adjiciens, quod fidelem expertus fuerat.
Ti. Næ is, Fulvi, erat homo perpaucorum hominum. *Ful.* Haud facile
Quenquam (ut ætas eſt) invenies, qui hæredem emeret:
Me enim, cum parvulus eſſem, pecunia comparaſſe aiebat ſibi.
Li. Plena ſum ſpei, perge nunc dicere, ſi is forte narravit tibi,

Unde

Unde te habuerit, quis vendiderit, quot anni fluxerint
Postquam illi in potestatem veneris. *Ful.* De loco quidem
Nihil unquam prodidisse memini, sed à Judæo subdolo
(Qui quidem vilissimi homines liberorum capitum vulgo mercaturam faciunt)
Emisse solebat dicere cum essem prout staturæ modulus,
Et linguæ nondum expeditæ, balbutiens indiciū dedit quasi.
Li. Eia, tempus jam congruit, nescio quid intus formidat animus,
Vix id quod superest præcontari audeo, una hæc interrogatiuncula
Si male cesserit, quicquid animus fœlicioris spei parturit, abortietur illico.
Ful. Si quid est interroga, non enim me quicquid hodie pudebit eloqui.
Li. Ut ut contingat itaque (sed flectant in meliorem partem superi)
Porrige huc manum mihi, at sinistram volo. proh superi!
Hæccine mihi ad senectutem sublevandam reservastis gaudia?
Ti. Euge sempiterna sint tibi, sed imperti si nostra etiam
Interfit scire. *Ful.* Exere istam denuo Chiromantiam,

Si

Si quid hæc manus portendit boni. *Li.* Nimium quam ut credam facile.
Quid? etiamne eloquar? an suffocabo hanc intus lætitiam,
Dum mihi valvas disrumpat pectoris? *Ful.* Quin eloquere,
Nosq, fœlicitatis tuæ participes habe, nihil exinde decedet tibi.
Li. Ah fili, tene ego iterum suspicio, qui mihi jamdiu mortuorum expleti numerum?
Ah Fulgenti mi dulcissime. *Ful.* Vide ne errori te novo implices;
Neque Fulgentius sum, neq; tuus, quod sciam, filius; utinam origo mihi
Tam honesta fuerit! *Li.* Id quidem oppido manifestum est mihi;
Quod præterquam quod est satis indicat, hæc etiam manus
Ostendit scriptura scriptum indelebili: etiam pessima quandoq; infortunia
Magnas commoditates habent. *Ful.* Apertius quæso proloquere;
Animus in æquilibrio suspensu' st, mihi sentio jampridem in visceribus,
Sermonem tuum fac demum ut intelligam. *Li.* Nihilne tibi in memoriam
Venit de paternis ædibus? *Ful.* Perinde ac si ex Cadmeo semine
Prognatus essem. *Li.* Hodie itaq; prosapiam cognosces tuam.

Est

Est in hac urbe potens opibus & affinium numero antiqua Grynæorum familia,
Illam sua ætate Lodovicus duxit avus tuus, (vir suis atque alienis præclarus pariter)
Is moriens duos post se reliquit filios, quorum qui major natu fuit
Antonius me olim æquali sanguine & dote instructam mediocri
Uxorem duxit: triennium cum eo vixi priusquam nobis esset soboles,
Quarto demum anno (ut sterilitatis à me satis amoverem contumeliam)
Pueros gemellos edidi, te atque Archaicum, cujus heri
Te compellavi nomine: nam cum nati estis primum, ita prodiistis similes
Ut patri ipsi mihique vultus vestri sæpe fraudem fecerint.
Ti. Sicut & nobis imposuerunt modo. *Li.* Tandem vero intempestive accidit,
(Quod nunc tamen opportune succurrit mihi) servus dum negligenter oscitat,
Fulgentius in ignem incidens sinistram ambussit manum,
Ejus infortunii vestigium in vola quæsivi & inveni modo,
Videte vos, videsis Archaice. *Ti.* Res palam est. *Ar.* Notæ consentiunt,
Agnosco benignitatem superûm; charissime frater hoccine putas

Sine summa deorum providentia contigisse po-
terat, quod hic ambo sumus,
Quod hodie primum adulti nobis nascamur invi-
cem? *Ful.* Satis hæc mihi
Videntur verisimilia, sed si ego vester sum, demi-
ror nimium
Quo pacto in Judæi manus inciderim, qui Labe-
rioni me Mediolani vendidit.
Li. Id plane nescio, sed dum Antonii patris tui
exornarem funus,
Repente aberas, neque ex illo hesternam ante te
conspexi diem.
Ti. Jovem ego ac Venerem hac nocte furtum fe-
cisse jurare audeam,
Simulque conspirasse ut diem hunc lætabilem
nobis atque auspicatum darent.
Ar. Imo in rem tantam convenire omnes necesse
est deos.
Dixeras ante de Judæo frater, qui te vendiderat;
venit in mentem mihi,
Nequissimum quendam habitare hic multos jam
annos in vicinis,
Neque homo furacior usquam vivit, aut qui lu-
cello magis inhiat.
Li. Recte tu quidem dicis Archaice, mihique plus-
quam probabile est
Illum esse plagiatorem, qui Fulgentium olim è
turba surripuit.
Ti. Hercle dignum est quod inquiratur penitus.
Li. Accetse hominem Phrygio.

Ph. Extraham

Ph. Extraham ex antro vulpeculam, ſuffitum aliquis faciat hic interim,
Quam mox enim odioſe fœtebit beſtia? *Tick, tock,* Eleazer, Eleazer.

Actus V. Scena VI.

El. Tib. Lid. Ar. Aſt. Ful. Fla. Phr.

QUid opu' ſt tibi? vin' pallium emere? *Ph.* Vin' tu reſtem emere?
Nam hercle fies ante noctem penſilis. amici aliquot tui
Tecum colloquium petunt. *El.* Nimirum de peregrini pallio.
Nolite, obſecro, innocentem vi atq; injuriis obruere.
Ar. Mordet hunc intus conſcientia, vultus eum noſtri accuſant ſatis.
Ipſus ſcit quid egerit. *El.* Per ſpem meam non feci ego,
Neque manticulator ad me detulit, neque novi furem quis ſiet.
Ti. Ah ſubdole, non hæc tibi profuerit impudentia: auden' improbe
Pernegare verba quod indicant tua? *Li.* Propudium hominum,
Quam inhumanum feciſti facinus? *El.* Profecto non feci domina.
Nihil boni eſt quod cervix hodie ſic pruriat mihi.

Ar. Non ſemel eſt quod feceris, iſtiuſmodi ſemper apud te proſtant mercimonia.

El. Fateor, iſtoc miſerum eſſet ſi non liceret homini

Mercatori ſuas merces vendere. *Li.* Inauditam audaciam!

El. Quid ita? mille ego pallia, mille peplos, mille ſubuculas

Emiſi manu: (atque utinam multa mihi ſupereſſent millia)

Hoccine eſt quod accerſitus ſum modo? nihilne aliud? valete igitur.

Ful. Siccine nos deludi ab hoc ſtercorario? quin per Deos

Summitte iſtam arrogantiam, aut ego te avibus comminuam in jentaculum.

Li. Imo non fœdabis ferrum tam impuro ſanguine, reſpondebit nobis ex eculeo.

El. In Phalaridis taurum ſi conjiciar, immoriar innocentiæ meæ.

Ful. Quid nobis cum peplis & palliis ſurcifer? nempe beneficium putas

Quod nudos homines non vendideris? *El.* Quantum audio & video perii.

Li. Specta nos oculis, nemon' eſt hic quem læſiſſe te olim ſuccurrit tibi?

El. Viri eſtis & fœminæ, en quid vultis aliud? *Li.* Intuere hunc adoleſcentulum.

El. Elegantulus eſt, ſed proceriores vidi quamplurimos. *Li.* Me vide.

El.

El. Fuit cum formosa esses, sed nunc vetula es.
Li. Magno hæ tibi
Constabunt infacetiæ. *El.* Redeo ad rem meam.
Ar. Mature satis,
Ubi plagium confessus fueris, quid ais? quarto abhinc lustro cum Antonii
Duceretur funus, nonne pusionem è tumultu abstulisti parvulum?
Li. Et Laberioni cuidam Mediolanensi venum dedisti pessime?
Ful. Et ducenos ab eo ducatos accepisti pro pretio furcifer?
El. Hem, facinora mea hodie in lucem prodeunt, quæ olim quæque nuper gesta sunt,
Sanguinem meum confestim sugent ethnici. *Ti.* Vide ut
Mendacia apud se meditatur murmurans, sed supplicium cumulas tibi,
Quid tergiversaris adeo? *Ar.* Phrygio cape intus plagiarium,
Et plagigerum facito. *Phr.* Age mecum, pulchre tibi loris distinguam corium,
Lyncem hunc reducam denuo cum oculato tergore.
El. Scelus servuli quid homini libero manum injicis? *Phr. Pish, pish,*
Abstinuisses itaque ab adolescentulo isthoc libero manum. *El.* Imperate huic
Ut quiescat modo. *Li.* Fateris itaque? *El.* Fateor. *Li.* Mitte illum Phrygio.

Insipientem esse me, quia apud vos exierim. *Li.* Iterum cape & quadrupedem
Constringe fis.
El. Fateor præterea. *Li.* Siste itaque. *El.* Me non lavasse hodie.
Li. Auser. *El.* Fateor adhuc amplius. *Li.* Auser & virgis onera.
El. Obsecro vos, agnosco, fateor, obsecro. *Li.* Dic semel.
El. Me hujus senis optimi pugnis male mulctasse servulum.
Ti. Hoc quidem gratis, quid autem de surrepto puero?
Ph. Crux dicet, nam hic siler. *Ar.* Flagella hoc ex te flagitabunt illico.
El. Ita est Domina, sceleslus sum, & furti manifestus pessimi.
Li. Perge, egere prorsus è memoria vilissimam supellectilem.
El. Ne me adigas obtestor te, gentem ut dehonestem meam. *Li.* Perge inquam.
El. Feci leges quod vetant vestræ, nostræ autem permittunt facile.
Nihil nobis prohibitum sit quamdiu vobiscum agimus,
Furtum non est furtum, si quis furatur quicquam ad homine Ethnico.
Ti. Pia sane sententia. *El.* Hinc est quod multi è nostris subito
Direscant adeo, quæstus quibus bis mille modis oritur, Jure,

Jure, injuria, furto, fraude, sycophantia, perjurio, undique.
Vobis unica colligendi via est, qui ex æquo & bono vivitis.
Ti. Hoc nunc verum dicit, quæstuosa ars est improbitas,
Paupertas comitatis comes, raro est quod quispiam opulescit bonus.
El. Ego itaque à pueritia mores amplexus patrios
Versabam artes omnigenas, atque ut res tulit exercebam singulas,
Hanc institoriam obtegumento tantum induxi reliquis.
Duos mihi fundos avus reliquit & pater opimos maxime,
Usuram & plagium, hos omni studio atque industria colui:
Si quis alius se offerebat quæsticulus, cum ad me statim corrasi obiter.
Ti. E republica est multos esse hujusmodi agricolas. *El.* Ludis, nundinis,
Triumphis in turba aderam tanquam milvus, prædamque ubique circumspiciens,
Si quis oculo qui placebat, sine custodia liber errabat puer,
Eum ad me blandimentis allectum & bellariis domum deducebam illico,
Mox alio deportabam peregre, & grandi vendebam pecunia.

Hic fiſcus meus fuit, hæc, niſi deprehenſus jam eſſem modo,
Expedita ad opulentiam deducebat via. *Li.* Narra autem de Fulgentio.
El. Dixiſti prius: dum Antonii magna pompa & ſolennitate ducerentur exequiæ,
Servi omnes veſtri, queis ædibus in mandatis erat proſpicere,
Bini ac terni ſe ſubducebant foras, & ad templum diſcurrebant ocyus,
Ut illis intereſſent ritibus, fores reliqueruut patulos,
Et tenellum domi infantulum, qui aſſueto caſſus jam conſortio
In veſtibulum prorepſit miſer, ibique (qualem natura rudi ſuggerebat infantiæ)
Ploratum edidit. quid plura? ſi non inveniſſet furem,
Feciſſet hæc occaſio; quis obvio unquam agno lupus pepercit famelicus?
Ineſcavi piſciculum citius dicto, & Mediolanum venalem detuli,
Emptor is fuit Laberio quem nuncupaſtis modo. *Ful.* Satin' dignus es
Quem ego hoc ferro in fruſtra conciſum corvis diſtribuam? *El.* Ecce vitam vobis prodidi,
Æquum eſt veſtram mihi clementiam ſuccurrere. *Li.* Eugepæ, (*Enter Nic. & Lesb.*
Hiccine Nicolaus noſter eſt qui tolutim huc ingreditur? ipſus eſt.

Tu

Tu jam legirupa, niſi patibulo te devoveris, cave
E conſpectu noſtro ne protollas gradum. Cuſtodi nebulonem Phrygio,
Sententiam quam mox audies.

ACT. V. SCEN. VII.

Tiber. Lid. Arch. Aſt. Ful. Fla. Ele. Phrygio, Lesbia, Brilla, Nic.

Ni. UBi eſt illud par hominum, qui nobiſcum de doctrina & pulchritudine
Certamen ineant? tu Lesbia eodem es inter formoſas ordine,
Quo ego inter philoſophos habeor, maritus tuus.
Ar. Ha, ha, he.
Magiſter meus nunc huic ſe adjunxit fœminæ. *Li.* Fecit more ſcholaſtico.
Vulgo homines videre eſt verba queis olent obſoleta,
Exoletas tamen uxores ducere, quibus gingivæ panem vix comminuant,
Quin turundis paſcantur indies quaſi ſaginares anſerem.
Nic. Domina non te videram. Archaice, uter es? num peperiſti modo,

Quod bini eſtis? *Ar.* Hercle nox, ſed imago conduplicata eſt, ut vides, mea.
Ni. Tua? vix credo tibi, aut ſi tua ſit, quicunque illam effinxerit,
Ne latum unguem receſſit ab archetypo; quis veſtrum eſt quem ego
Per hos annos quinque jam Græcas literas, & Philoſophiam doceo?
Ful. Ille eſt, in me prius halucinatus es hodie. *Nic.* Tun' igitur eras
Quem increpui modo familiariter? *Ful.* Ipſe idem tanto tibi devinctior.
Nic. Vides quam te amem Archaice, ſi tu ſis tamen, quis Aſtræam amat?
Ar. Qui tenet, neque illam Jovis regno commutaret. *Li.* Nicolae hic dies
Hymenæo conſecratus eſt, & Jovi conjunctim ſoſpiti,
Qui Fulgentium mihi poſt tot annos reducem dedit Archaico
Fratrem germanum geminum. *Ni.* Putarem ædepol,
Neceſſe eſt fratrem eſſe ſi non ipſius ſit. *Li.* Mihi & Tiberio
Viſum eſt Archaicum inter & Aſtræam ſancire nuptias.
Ni. Salvus ſis, gratulor tibi hunc generum diſcipulum meum;
Præſtabo eruditum ſatis, & inſtructum libere. *Ti.* Debemus hoc tibi.

Ful.

Ful. Quæ nos naſcentes aſpexerunt ſidera, con-
geſſerunt in hunc diem
Nobis fœlicitatem nimiam, conſerva-e hos mihi
perpetuos ſuperi,
Succeſſus non exoptem novos: tu primum mater
atque optimum
Donum à diis data es, quam ego ignotam heri (ſed
veniam errori deprecor)
Proterve repuli, nunc corde non minus amanti
veneror
Quam proſtrato corpore, tum frater etiam chariſ-
ſimus
Melior mei pars Archaicus; poſtremo animæ
voluptas meæ
Merito dilecta Flavia, cujus mihi amor nunc tan-
dem ſpectatu'ſt probe,
Et ſocer obtigit Tiberius, tu ſi voto huic commu-
ni annuas.
Li. Num idem placet omnibus? num imprimis
tibi? *Ti.* Perplacet.
Li. Quid autem virgini? *Fla.* Nurum dixiſſes
utinam.
Li. Quod bene cedat ætati noſtræ, & veſtræ etiam
adoleſcentuli;
Eſto quod libet, nolo hujus diei lætitiam nobis
corrumpere.
Ar. O feſtum diem! *Aſt.* Et vere aureum! *Ful.*
O lepidam ſortem!
Fla. Et nimis bonam! *Ti.* Hucuſque feſtive
procedunt omnia.

Nisi

Ni. Progrediamur mea, & locum ſponſos inter capiamus novos.

Credo equidem hodiernum ſolem conſervando humano generi

Auxiliarem affulſiſſe, & opportunum maxime. Agite,

Veſtrum ſit generoſam ſtirpem educere, ego interim & Lesbia

Philoſophorum familiam propagabimus. *Li.* Magiſter Nicolae haud crederem tibi

Otii fuiſſe tantum ut vacares veneri. *Ni.* Homines ſumus

Etiam nos Academici. Archaicus è tutela jam exit, illius vice

Lesbiam ego in occulta philoſophia erudiendam ſuſcepi modo.

Ἀνδρωπος ζῶον ὁμιλητικὸν, ut recte Philoſophus.

Li. Nondum interrogo, neque audio ex te ſenex utrique filiæ

Quid dotis aſſignaveris. *Ti.* Imo aliam rem cogito, quæ illam frustra faciat

Sollicitudinem. *Li.* Imperti modo. *Ti.* Potes ex Archaico cognoſcere

Mediocres mihi Paravii facultates eſſe. *Ar.* Ampliſſimas.

Ti Vides me corpore atque animo valere, (quod dii mihi perpetuent precor)

Nec incurvum incedere, nec podagroſum eſſe, nec paralyticum.

Li.

Li. Iuro viridem pugilarem ſenem, *Ti.* Nihil in me mora eſt itaque
Quin unam hodie faciamus familiam. *Li.* Qui poſſe fieri,
Cum tibi Pauvii conſuetudo eſt, mihi Anconæ? *Ti.* Facile
Si quartæ inter nos fiant nuptiæ, opes, quantulæ ſunt meæ,
Cuſa conſtant pecunia, ſumptus non adeo gravis vecturæ fuerit.
Ni. Recte pol dicis, ſic tu, huic ſi modo perſuadere poteris,
Anconam Pauvio commigrabis, omnia tua tecum portans, ut ſcis philoſophus.
Li. At mihi poſtquam Antonius occidit omnis amatoriæ rei
Diuturna jam eſt oblivio. *Ti.* Et mihi jamdiu deſipuit Venus:
Voluptatis quo minus afferent, tanto plus ſubſidii dabunt ſeniles nuptiæ,
Cum ſenectus ingraveſcet olim, alter alterutri ſublevabit,
Liberis proſpectum fuerit, vivis ut fruantur parentibus
Et charitatis mutuæ beneficio, mortuis ne liten de fortunis agar,
Utramque norint & tranquille poſſideant reculã. quod ſi forte non penitus
Exaruit robur, tanto vita nobis jucundior fluet.

Si.

Si quid hac ætate allubescat, id in mantissam reliquis accedet bonis.

Ni. Prudenter omnia, nempe sic fieri decet, ἅπαντα σὺν φίλων κοινᾷ, ut recte Philosophus.

Ar. Si mihi quod sentiam loqui licet, videtur sententiam socer

Dixisse optimam. *Ful.* Apollo ipse non consuluisset melius.

Ast. Hoc tantum defuit, ut insignem hanc opportunitatem clauderet.

Fla. Hoc si concedas oppido fœlices errimus. *Li.* Phrygio jube Symphoniacos

Ut se confestim parent, & animorum hanc concordiam

Suis alant atque adaugeant numeris: tibi me meaque jam mando omnia.

Ti. Cui ego eadem qua animæ meæ prospiciam fide.

Li. Nicolae, tu & sponsa tua convivæ hodie nostri eritis.

Les. Nisi jejunare velimus, nam felis apud me jamdiu fame contabuit,

Adeo nihil domi est quod ventrem farciat. *Ni.* Ain' Lesbia?

Br. Hercle quod verum est ait, nam ego, nisi me sustentasset ingenium,

Jampridem felis fato fuissem mortuus: ne bucellam quidem prætер panis unicam

Domi nostræ per hunc mensem vidi, illam mea quotidie fugebat Domina.

Ni.

Ni. Siccine vero? ſumptuoſum hunc ornatum geris, & nihil habes?

Br. Proꝛſus ita. *Ni.* Unde igitur victus nobis ad vitam erit?

Leſ. Virum hoc ſpectat, proſpicies (uti ſpero) tu familiæ.

Br. Dicam tibi *Seignior*, vitam contemplativam ages,

Hærebis in muſeo defixus perdiu, nunquam vacabis ſtomacho,

Philoſophia tibi pro cibo fuerit, at ædepol cuilibet

Sectæ te trades alteri, nam Epicuri nunquam augebis gregem.

Ni. Circumveniſti me venefica & perdidiſti miſerum. *Leſ.* Quis te acceſſit?

Ni. Renuntio contractum tibi, non ſpoſpondi hodie, quis teſtis adfuit?

Br. Qui ſatis obſervavit omnia, non ſic effugies. *Ti.* Nos etiam

Inaudivimus cum te maritum diceres. *Ni.* Hei mihi!

Detruſi me è ſervitute in paupertatem optima.

Om. Ha, ha, he. *Ti.* Succurramus homini, ſi videtur mea,

Stipendium à nobis, perinde ac ſi operam adhuc præſtaret, ferat.

Li. Cogitabam equidem, habeat unde vivat, quanquam prius proſpectum oportuit.

Ni.

Ni. Ingentes gratias.

Ti. Aſellio ubi eſt rerum mearum faſciculus? num ad navem deportaſti modo?

Aſ. In Fabrorum ædibus, quantum ad me eſt, nam ego nihil

Quam nauclero dixi, ut pararus eſſet in craſtinum.

Ti. Abi

Atque huc illum in iſtas ædes dominæ Lidoniæ.

Aſ Jam mihi

Novo nomine cerebellum crucias: in ædes Dominæ Biboniæ bene eſt.

Ch meum pallium! conſtringam te poſthac mihi, vel ſubnectam fibula.

Phr. Domina, hunccine ego ad Prætorem rapio ut conjiciatur quo dignus eſt?

El. Miſeremini obſecro, ne ego ſolus ſim hodie mortalis miſer.

Li. Quid cenſetis? penes vos erit improbum homuncionem ſervare vel perdere.

Br. Pendeat. *El.* Tune primus ſententiam iſtam manſuetam dicis?

Amicum te jampridem habui, atque expertus ſum heri. *Phr.* Ulmis

Enecetur potius. *El.* Cavete ne Judex ego veſter aliquando ſiem.

Ti. Dignus eſt qui ad remos damnetur in perpetuum.

El. Iſtoc faretur quidem. *Ar.* Ego ita ſentio. *Li.* Hiſpano Palinuro dabitur,

Qui opus exigat. *Ti.* Placet. *Li.* Quid [illegible] qui læſus es aiſe

Fal.

Ful. Excogitavi ſupplicium ſacrilego. *El.* Quæſo te ſi neceſſe ſit,
De corio ſatisfaciam, aut ſiniſtra acquieſcas auricula.
Ful. Imo majus quoddam eſt. *El.* Dextram igitur abſcindat hic mihi,
Et dimittat ſtatim. *Ful.* Neque hoc ſufficit. *El.* Naſo carere
Quam pendere malim. *Ful.* Neque ſic erit, non ſum ſanguinolentus adeo,
Curis manebit integra. *El.* Pecuniam non habeo qua re conciliem.
Ful. Nec illam volo. *El.* Eloquere, nihil eſt quod recuſem facere vel pati.
Ful. Ibis ad convivium. *El.* Hoc certe beneficium eſt. *Ful.* Ubi
Ad ſatietatem edes & bibes. *El.* Pluſquam ſoleo, quoties
Ipſe opſonor mihi. *Ful.* Atqui per Pollucem nihil
Præter porcinam apponetur tibi. *El.* Porcinam? vah! venenum mavelim.
Egon' ut carnes immundas comedam? Abſit, dum vivo non faciam.
Ful. Colligе manus Phrygio & obtorto collo per plateas ad Magiſtratum protrahe.
Phr. Age rapacem illam dextram mihi, nunc ſiniſtram hanc ſartificam.
El. Eho fidem veſtram! *Ful.* Dictum eſt; aut imperabis hoc à ventriculo

Ut

Ut crus porcinum comedas, aut fruſtra ad raucam
clamitabis. *El.* Dura lex eſt,
Sed quidvis faciam ne moriar. *Li.* Adſunt tandem
Symphoniaci,
Nicolae. *Ni.* Mea Domina. *Li.* Peracta eſt fa-
bula,
Tu morem calles Academicum, Spectatores nunc
alloquere,
Tantiſper ſedere ut velint taciti, dum hi ſcenam
clauſerint,
Nos interim conſidebimus.
Ni. Spectatores quietem agite, atque auritam
pauliſper præſtate operam.
Si cui manus micare geſtiant, quam mox illas ja-
ctabit libere.
Εὐκαίρως πάντα, ut recte Philoſophus.

Cantio

Cantio.

NUlla, nulla sit formido,
Quamvis cæcus sit Cupido.
Cæcus, puer sine luce,
Sorte ductus cæca duce;
Per mæandros & errores
Palpat viam ad amores.
Novit mille, mille modos,
Queis Hymenæi stringat nodos.

Omnes sibi sumit vultus,
Turbas ciet & tumultus.
Nunc in scopulos impingit
Iræ, nunc insaniam fingit.
Bello se miscere audet,
Pace semper scenam claudit.
Nulla, nulla sit formido,
Quamvis cæcus sit Cupido.

EPILOGUS.

EPILOGUS.

Quantilli pars est adhuc quod peractum est fabulæ?
Quæ curta, manca, mutila, in scenam porepsit hodie,
Jacet hic adhuc in conspectu vestro semianimis, lacera,
Anhelans, agens animam, auxiliares implorans manus.
Quin etiam mali conscia est, metuit ne forte displicuerit.
Jubetis illam vivere? suspicacior est; signum, ni credat, petit.
Inprimis sacros supplex deosculatur pedes,
Laudem nec ambit misera, precatur veniam.

FINIS.